Incun.
47

4° Inc. lat. 47 Bury

= Cim. 78

Hain *4151

v. Clement Bibliotheque V. p. 433.
Hocker Bibliotheca Heilsbronensis. 156. 65.

Incipit ꝓlogus in librū de amore librorum qui
dicitur · philobiblon · · · ·

Uniuerſis xpīfidelibus ad q̄s pñ
tis ſcripture tenor puenerit · Ri
chardus de buri miſeratione di
uina duuelmēſis Epūs Salutē
i dño ſempiternam piamqȝ ip ſi
us preſentare memoriam corā deo · in vita pi
ter et poſt fata Quid retribuam domino ꝓ oī
bus que r̄tribuit michi deuotiſſime īueſtigat
pſalmiſta Rex inuictus · et eximiꝰ ꝓphetarum
In qua queſtione ḡtiſſima ſemet ipſum reddi
torem volūtarium debitorem multipharium ⁊
ſaniorem optātem ↄſiliarium recognoſcit · cō
cordans cū ariſtotile phōrum principe q̄ om
nem de agibilibꝰ queſtionem ↄſilium probat
eſſe tercio et ſexto ethicorū Sane ſi ꝓpheta
tam mirabilis · ſecretoꝝ preſcius diuinorum pre
cōſulere volebat tā ſollicite · quō grate poſſet
gratis data reſidere Quid nos rudes regraci
atores et auidiſſimi receptores onuſti diuinis
bñficijs infinitis poterimꝰ digniꝰ velle Pro
culdubio deliberatione ſollerti et circūſpectiori
multiplici inuitato ꝑmitus ſpiritu ſeptiformi
q̄tenꝰ in noſtra meditatione ignis illuminās

Ad Bibl. Acad. Land.

exardeſcat viā impedibilem preuidere debemꝰ
attenciꝰ · quo largitor omnium de collatis mu
neribus ſuis ſponte veneretur r̄ciproce · proxi
mus r̄leuetur ab onere · ⁊ r̄atus contractus ꝑ
peccantes cotidie elemoſinarum r̄medijs r̄di
matur · Huius ergo deuotionis monitione pre
uentus ab eo · q̄ ſolꝰ bonā hominis ⁊ ꝑuenit vo
luntatem ⁊ ꝑficit · ſine quo nec ſufficiencia ſup
petit cogitandi · cuius quidquid boni fecerimꝰ
non ambigimus eſſe munus · diligenter tam
penes nos q̄ cū alijs inquirendo diſcuſſimus ·
quod inter diuerſorum generum pietatis offi
cia primo gradu placeret altiſſimo · prodeſſꝫ
qꝫ pocius eccleſie militanti · Et ecce mox noſ
tre conſiderationis aſſpectibus grex occurrit
ſcolarium elegorū · quin pocius electorum in
quibus deus artifex · et ancilla natura · morū
optimorum · et ſcienciarum celebrium planta
uerūt radices · Sed ita eos rei familiaris op
preſſit penuria · ꝙ obſtante fortuna contrari
a · ſemina tam fecunda virtutū in inculto iuuen
tutis agro roris debiti non rigata fauore · areſ
cere compelluntur · Quo fit · vt lateat in ob
ſcuris condita · virtus clara · vt verbis allu
damus Boecij · Et ardentes lucerne · non
ponuntur ſub modio · Sed itaqꝫ pre defectu

Universitäts-Bibliothek München

olei penitus extiguũtur Sic ager in vere flo
riger ante meſſem exaruit Sic frumenta ĩlo
lium ·et vites degenerant in labruſcas· Ac ſic
in oleaſtros oliue ſilueſcũt · Marceſcunt om
nino tenelle trabecule et qui in fortes colump
nas eccleſie poterant excreuiſſe ſubtilis inge
nij capacitate dotati ſtudiorum gingnaſia dere
linqunt Sola invidia nouercante repelluntur
a philoſophie nectareo poculo violenter· quã
primo guſtauerunt ipſo guſtu feruencius ſiti
bundi liberalibus artibꝫ abiles · et ſcripturis
tantum diſpoſiti cõtemplandis orbati neceſſa
riorũ ſubſidijs quaſi quadam apoſtaſie ſpecie
ad artes mechanicas ꝓpter victus ſolius ſuf
fragia ad eccleſie diſpendium et tocius cleri
vilipendium reuertuntur· Sic mater eccleſia
pariendo filios abortire ↄpellitur· quinymmo
ab vtero fetus informis menſtruoſe diſrumpi
tur· Et pro paucis minimiſqꝫ quibꝫ cõtẽtatur
natura · alumpnos amittit egregios poſtea
ꝓmouendos in pugiles fidei et adlethas Heu
quam repente tela ſucciditur· dũ texentis ma
nus orditur Heu ꝙ ſol eclipſatur ĩ aurora cla
riſſima · et planeta progrediens regiratur re
trograde · Ac naturã et ſpeciem vere ſtelle pre
tendens ſubito decidit et fit a ſub· Quid poterit

pius homo intueri miſeriꝰ q̄d miſericordie viſ
cera penetrabit aīaꝰ. q̄d cor cõgelatũ minꝰ
incalentes guttas r̄ſoluet faciliꝰ. Amplius ar
guentes a ſenſu cõtrario. q̄ptũ profuit toti rei
publice criſtiane nõ quidē ſardanapalli delici
is neq; creſi diuicijs enutrire ſtudētes. ſed me
lius mediocritate ſcolaſtica. ſuffragari paupe
ribꝰ ex euētu preterito r̄cordemur. Quot ocu
lis vidimus quot. ex ſcripturis collegimꝰ. nul
la ſuorum nataliũ claritate fulgentes. nullius
hereditatis ſucceſſione gaudētes. ſed tantũ ꝓ
borũ virorũ pietate ſuffultos. apoſtolicas ca
thedras meruiſſe. ſubiectis fidelibꝰ prefuiſſe
probiſſime. ſuperborũ ⁊ humiliũ colla iugo ec
cleſiaſtico ſubieciſſe. et procuraſſe propēſius
eccleſie libertatē. Quamobrē perluſtratis hu
manis egeſtatibꝰ vſqueq̃q; caritatiue conſide
rationis intuitu. huic tam caliginoſo generi
hominum. in quibus tamē tanta redolet ſpes
profectus eccleſie. preelegit peculiariter noſ
tre cõpaſſionis affectio piũ ferre preſidiũ. et
eiſdem non ſolum de neceſſarijs victui. verum
multomagis de libris vtiliſſimis ſtudio pro
uidere. Ad hunc effectum acceptiſſimũ coram
domino. noſtra iam ab olim vigilauit intenti
o indefeſſa. Hic quidem amor extaticus tam

potenter nos rapuit. vt terrenis aliis abdica
tis ab animo acquirendorum libroꝝ ſolummo
do flagremus affectu. Vt ergo noſtri finis in
tentio. tam poſteris pateat q̄ꝫ modernis. et
ora loquentium peruerſa quantū ad nos per
tinet obſtruamꝰ perpetuo. tractatum peruu
lum edidimus. ſtilo q̄dā leuiſſimo moderno
rum Eſt enim ridiculum rethoricis. quando
leuis materia ſcribitur grādi ſtilo. Qui trac
tatus. amorem. quem ad libros habuimus ab
exceſſu purgabit. deuotionis intente ꝓpoſitū
ꝓpalabit. et circūſtantias facti noſtri per vi
ginti diuiſi capittula. luce clarius enarrabit
Quia vero de librorum amore pͥcipaliter diſ
ſerit. placuit nobis more veterum latinorum
ipſum greco vocabulo philobiblon amicabilit
nuncupare. ¶ Explicit prologus de ꝯmendati
one ſapientie ꝛ librorum in quibus ſapientia
habitat ¶ Capittulum primum

Theſaurus deſiderabilis ſapientie ꝛ ſciē
quē omnes homīēs per inſtinctum na
ture deſiderant. cunctas mundi trāſcendit di
uicias infinite. Cuius reſpectu lapides precioſi
vileſcunt. in cuius comperatione argentū lu
teſcit et aurū obriſum exigua fit arena. Cuius
ſplendore tenebreſcunt viſui ſol et luna. cuius

dulcore mirabili amareſcūt guſtui mel et mā
na · O valor ſapiencie non marceſcens ex tem
pore · virtus virens aſſidue · omne virus eua
cuans ab habente · O munus celeſte · liberalita
tis diuine · deſcendens a patre luminū · vt mē
tem racionalem prouehas vſq; ad celum · Tu
es intellectus celeſtis alimonia · quem q̃ edūt
adhuc eſurient · quē qui bibūt adhuc ſitient
Et langwentiū animas armonia letificans ·
quē q̃ audit nullatenꝰ ꝯfundetur · Tu es moꝝ
moderatrix ⁊ regula · ſecūdū quā operans nō
peccabit Per te r̄ges regnāt · et legum condi
tores iuſta decernūt Per te depoſita ruſticita
te nature climatis ingenijs atq; lingwis · vici
orū ſentibus coeffoſſis radicatus · apices cōſe
cuntur honorū · fiuntq; patres patrie · et co
mites principum · Qui ſine te comflaſſent
lanceas in ligones ⁊ vomeres vel cū filio pro
digo paſcerent fortaſſe ſues · Quo namq;
ſic lates potiſſime · multum preelecte theſau
re · et vbi te invenient anime ſitibunde · In
libris quidem proculdubio · poſuiſti taberna
culum deſiderabile tuum · Vbi te fundauit al
tiſſimus · lumen luminum · liber vite · Ibi
namq; te omnis · qui petit et accipit · Qui
querit īvenit Et pulſātibꝰ citiꝰ apiet̄ In hijs

cherubyn alas ſuas extendūt et intellectꝰ ſtu
dentium aſcendunt · et a polo uſqꝫ ad polum
ꝓſpiciunt · a ſolis ortu uſqꝫ ad occaſum ab aq̄
lone et mari In hijs incōprehenſibilis ipſe de
us altiſſimus · aꝑhenſibiliter continetur et co
litur In hijs patet natura celeſtium terreſtri
um et infernorum In hijs cernuntur iura qui
bꝫ ōnis regitur policia · Ierarchie celeſtis diſ
tinguuntur officia et demonum tirannides de
ſcribuntur quos nec ydee platonis exſupeāt
nec crathonis cathedra continebat In libris
mortuos quaſi viuos inuenio · in libris futura
preuideo · in libris res bellice diſponuntur · de
libris prodeunt iura pacis Omnia corrūpun
tur et tabeſcunt in tempore · Saturnus quos
generat · deuorare non ceſſat · quoniam mun
di gloriam operiret obliuio · niſi deus morta
libus libroꝝ remedia prouidiſſet · Allexander
orbis dominator Julius orbis ⁊ vrbis inuaſor
qui et in arce ⁊ arte primus in vnitate perſo
ne aſſumpſit imperium · fidelis fabricius · et
catho rigidus · hodie caruiſſent memoria · ſi
librorum ſuffragia defuiſſent Turres ad ter
ram ſūt dirute ciuitates euerſe putredine pe
rierunt triumphales Nec quidꝗ̄ reperiet
rex vel papa · quo perhenniter priuilegium

conferatur commodius q̄ per libros . Reddit
viciſſitudinem liber factus . vt q̄ diu liber ſup
erit . actor manens athanatos . nequeat inte
rire teſte ptholomeo In prologo almageſti .
Non fuit inquit mortuus . qui ſcienciam viuifi
cauit Quis igitur infinito theſauro librorum
doctus ſcriba profert noua et vetera per quod
cūqz alterius ſpeciei precium limitabit . Veri
tas vincens ſuper omnia . que regem vinum
et mulieres ſupergreditur . q̄ amicis preho
norare beneficium optinet ſanctitatis . que eſt
et via ſine deuio . et vita ſine termino . Cui ſa
cer boecius attribuit triplex eſſe . in mente .
voce . et ſcripto . In libris videtur manere vti
lius . et fructificare fecundius ad profectum
Nam veritas vocis perit cum ſonitu . Veritas
mente latens . eſt ſapiencia abſconſa . et the
ſaurus inviſus . Veritas vero que lucet in li
bris . omni ſe diſciplinali ſenſui manifeſtare
deſiderat . Viſui dum legitur . Auditui dum
auditur . Amplius vero et tactui ſe commen
dat quodammodo . dum tranſſcribi ſe ſuſti
net . colligari . corrigi . et ſeruari . Veritas
enim mentis clauſa . licet ſit poſſeſſio nobi
lis animi . tamen cū caret ſocio nō cōſtat eſſe
iocūdam de qua nec viſus iudicat nec auditus

Veritas vero vocis ſoli patet auditui · viſum
latens qui plures nobis differencias rerum oſ
tendit · affixaqȝ ſubtiliſſimo motui · incipit ⁊
deſinit quaſi ſimul Sed veritas ſcripta libro
non ſucceſſiua ſed permanens palam ſe prebȝ
aſpectui · et per ſpirituales vias oculorū veluͦ
veſtibula · ac ſenſus cōmunis et ymaginatio
nis atria tranſiens · thalamum intellectus in
greditur · in cubile memorie ſe recondens vbi
eternam mentis congenerat veritatem Poſ
tremo penſandum · quanta doctrine cōmodi
tas ſit in libris · q̄ facilis q̄ archana · q̄ tuto
libris · humane ignorantie paupertatem ſine
verecundia denudamus Hij ſunt magiſtri qui
nos inſtruunt ſine virgis ⁊ ferula ſine verbis
et colera · ſine pannis et pecunia Si accedis
non dormiunt ſi inquirens interrogas non ſe
abſcondunt · non remurmurant · ſi oberres ·
cachinnos neſciūt · ſi ignores · O lib̄ ſoli libe
rales · ⁊ liberi q̄ ōnipotenti tribuitis ⁊ omēs
manūmittitis · vobis ſedulo ſeruientes Quot
rerū milibȝ · typice viris doctis recōmendami
ni · in ſcriptura · nō diuinitus inſpirata · Vos
enim eſtis profūdiſſime ſophie fodine ad q̄s
ſapiens filium ſuū mittit · vt inde theſauros
effodiat prouerbioꝝ quinto Vos putei aquaꝝ

viuencium. quos pater abraham primo fodit
ysaac eruderauit . quosqȝ nituntur obstruere
philistyni. genesis vicesimo sexto . Vos estis
reuera ſpice gratiſſime plene granis . ſolis a
postolicis manibus confricande . vt egrediat
cibus gratiſſimus famelicis animabus . ma
thei xij . Vos estis vrne auree quibus manna
recōditur . atqȝ petre melliflue ymmo pocius
faui mellis. Vbera vberrima lactis vite . prōp
tuaria ſemper plena . Vos lignum vite . atȝ
quadripartitus fluuius paradiſi . quo mens
humana paſcitur . et aridus intellectus inbui
tur et rigatur Vos archa noe. et ſcala iacob ca
nalesqȝ quibus fetus intuentium coloratur .
Vos lapides teſtimonij . et lagene ſeruantes
lampades gedeonis . Pera dauid de qua lim
pidiſſimi lapides extrahuntur . vt goliath ꝓ
ſternatur. Vos estis aurea vaſa templi . ar
ma clericorum milicie . quibꝰ tela nequiſſimi
destruūtur Oliue fecunde Vinee eugadi Ficus
ſteriles ſcere neſcientes lucerne ardentes Et
optima queqȝ ſcripture libris ad optare pote
rimus ſi loqui libeat figurate . . .

¶ Capitulum autem istud ſecundum canat ꝙ li
bri diuicijs. et delicijs corporalibus ſunt pre
ponendi . . .

SI quodlibet iuxta gradū valoris gra
dum mereatur amoris· valorem vero
librorū ineffabilē perſuadet preſens
capittulum non tamen liquet lectori· quid ſit
concludendum probabiliter Non enī demonſ
trationibus in morali materia vtimur· recor
dantes quoniam diſciplinati hominis ē certi
tudinem querere ſicut rei naturam ꝑſpexerit
tolerare ariſtotule philoſopho atteſtante ethi
coꝝ primo et methaphiſice ſecundo Quoniam
nec tulius requirit euclidem· nec euclidi tuliꝰ
facit fidem · Hoc reuera ſiue loice ſiue rethori
ce ſuadere conamur · ꝙ quecūqꝫ diuicie uel de
licie cedere debent libris in anima ſpirituali ·
vbi ſpiritus· qui eſt caritas ordinat caritatem
Primo quidem quia in libris· ſapientia cōti
netur· pluſq̄ omnes mortales ꝯprehendunt ·
Sapientia vero diuicias vilipendit · ſicut ca
pittulum antecedens allegat · Preterea ariſ
totules de probleumatib; tertio probleumate
decimo iſtam determinat queſtionem propter
quid antiqui gignaſticis et corporalibus ago
niis premia ſtatuerunt potioribus · nullū um
q̄ premium ſapientie decreuerunt Hanc queſ
tionē ita ſoluit In gignaſticis exerciciis · pre
mium eſt melius et eligibiliꝰ illo ꝓ quo datur

Sapiencia autem nichil melius eſſe conſtat. Quamobrem ſapiencie nullum potuit premiū aſſignari. Igitur nec diuicie nec delicie. ſapienciam antecellunt Rurſus amiciciam diuicijs preponendam eſſe. ſolus negabit inſipiens. cum ſapientiſſimꝰ hoc teſtatur Amicicie vero veritatem archiphiloſophus prehonorat. Et verus zorobabel omnibus anteponit. Subſunt igitur delicie veritati. Veritatem vero potiſſime et tuentur ⁊ continent ſatis libri. ymmo ſunt veritas ipſa ſcripta. quia pro nunc librorum aſſeres. librorum nō aſſerimus eſſe partes Quamobrem diuicie ſubſunt libris. preſertim cum precioſiſſimum genus diuiciarum omnium ſint amici ſicut ſecundo de conſolatione teſtatur Boecius Quibus tamen librorū veritas eſt per ariſtotilem preferenda Amplius vero cum diuicie ad ſolius corporis ſubſidia primo et principaliter pertinere noſcantur Veritas vero librorum ſit perfectio ratioīs q̄ bonum humanum proprie nominatur Ergo apparet ꝙ libri homini ratione vtenti ſunt diuicijs cariores Preterea enim illud quo fides defenditur commodius. Dilatatur diffuſius. Predicatur lucidius. diligibilius debet eſſe. fideli . . . Hoc

autem eſt libroꝝ veritas · libris inſcripta Quod euidencius figurauit ſaluator · quando contra temptationem preliatur⁹ · viriliter ſe ſcuto circumdedit veritatis · non cuiuſlibȝ ſed ſcripte · ſcriptum eſt premittens · quod viue vocis articulo erat prolaturus · mathei quarto · Rurſus igitur felicitatē nemo dubitat eſſe diuiciis preponendam · Conſiſtit enim felicitas in operatione nobiliſſime et diuinioris potentie · quam habemus dum videlicet · intellectus vacat totaliter veritati ſapientie contemplande · que eſt delectabiliſſima omnium operationū ſecundum virtutem · ſicut princeps phōrum ariſtotiles determinat quarto ethicoꝝ Propter quod et philoſophia · videtur habere admirabiles delectationes puritate et firmitate ut ibidem ſcribitur conſequenter · Contemplatio autem veritatis numquam eſt perfectior · ꝙ̃ per libros dum actualis ymaginatio continuata · per actum intellectus · ſuper viſas veritates non ſuſtinet interrumpi · ꝙ̃obrem libri videntur eſſe felicitatis ſpeculatiue · inmediatiſſima inſtrumenta Unde ariſtotiles ſol phiſice veritatis vbi de eligēdis diſtribuit methados docet ꝙ philoſophari eſt ſimpliciter eligibilius ꝙ̃ ditari · ꝙ̃uis ī caſu ex circūſtāciis puta neceſſariis

indigenti. ditari q̄ philoſophari ſit pocius e
ligēdum. tercio topicoꝝ. Adhuc cū nobis libri
ſint cōmodiſſimi magiſtri vt precedēs aſſuit
capitulū. eiſdem nō immerito tam amorem q̄
honorem tribuere cōuenit magiſtralem. Tan
dem cū omēs homines natura ſcire deſiderāt.
ac per libros ſcienciam veritatis preoptādam
diuicijs omnibꝰ adipiſci poſſimus. quis homo
ſecūdū naturam viuens. librorū nō habeat ap
petitū. Quāuis vero porcos margaritas ſper
nere videamꝰ. nichil ī hoc prudētis leditur opi
nio. quo minus oblatas cōparet margaritas.
Precioſior igitur ē cūctis opibꝰ ſapiēcie libra
ria. et ōnia que deſiderantur. huic non valet
comparari prouerbioꝝ tercio. Quiſquis igitur
ſe fatetur veritatis. felicitatis. ſapiencie. ſcien
cie. vel eciam fidei zelatorem. librorum neceſſe
eſt ſe faciat amatorem ¶ Capitulum quidem
tercium q̄ libri ſemper debent emi niſi in duo
bus caſibus. . . . . . . . .

Correlarium nobis gratum de predic
tis elicimus . paucis tamen vt credi
mus acceptandum . Nullam videli
cet debere cariſtiam . hominem impedire ab
emptione librorum . cum ſibi ſuppetat quod
petitur pro eiſdem . niſi vt obſiſtatur malicie

venditoris · vel tempus emendi oportunius ex
pectetur · Quoniam ſi ſola ſapientia precium
facit libri que eſt infinitus theſaurus homini
bus et ſi valor librorũ ẽ ineffabilis vt predic
ta ſupponunt · qualiter probabitur carum eſſe
commercium · vbi bonum emitur infinitum · q̃
propter libros libenter emendos ⁊ invite ven
dendos · ſol hominum ſalomon nos hortatur ꝓ
verbiorum viceſimo tercio · veritatem inquit e
me · et noli vendere ſapientiam Sed quod re
thorice vel loice ſuademus · aſtruamus hiſtori
is rei geſte · Arcaphiloſophus ariſtotiles quẽ
auerrois datum putat quaſi regulam in natu
ra · paucos libros ſpenſippi poſt ipſiꝰ deceſſũ
pro ſeptuaginta duobns milibꝫ ſiſtercijs ſta
tim emit · Plato prior tempore ſed doctrinis
poſterior · philolai pitagorici librum emit ꝓ
milibꝫ denariorum · de quo dicitur thymei dy
alogum excerpſiſſe · ſicut refert agellius nocti
um acticarum libro ſecundo ca · decimoſexto ·
Hec autem narrat agellius vt perpendat inſi
piens · q̃ntum vilipendant ſapientes pecuniã
comperatione librorum · et econtrario · Vt õ
ni ſuperbie ſtulticiam cognoſcamus annexam
libꝫ hic tarquinij ſuperbi ſtulticiam recenſere
imperuipenſione librorum · quam refert idem

agellius libro primo noctiū acticarum capitu-
nono decīo. Vetula quedam ōmino icognita ad
tarquiniū superbū regem romanorū septimum
dicitur accessisse. Venales offerēs nouē libros
in quibus vt asseruit diuina cōtinebantur ora
cula. sed imensam pro eisdē poposcit pecuni
am. in tātū vt rex diceret eam delirare Jlla cō
mota tres libros in ignem ꝓiecit ⁊ pro residu
is sūmam quā prius exigit rege negante rur
sus tres libros ī ignem proiecit. ⁊ adhuc pro
tribus rēsiduis eandem sūmam poposcit. Tan
dē stupefactus supra modū tarquinius. sūmam
pro tribus gaudet exsoluere ꝓ qua nouem po
terat rēdemisse Vetula stati disparuit. que nec
prius nec postea visa fuerat. Hij sunt libri si
billini. quos quasi quoddam diuinum oraculū
per aliquem de quindecim viris consulebāt ro
mani. ⁊ quindecim virorum creditur officium ha
buisse Quid aliter hec sibilla ꝓphetissa tā va
rio facto superbū regē edocuit. nisi ꝙ vasa sapiēcie
e sacri libri oēm humanā estimatiōꝫ excedūt
Et sicut de regno celoꝝ dicitur tātū valet quātū
habes. Capi. iiij. ꝙta bona ꝓueniūt p libros et
ꝙ mali clerici sūt libris plurimū ingrati
Progenies viperaꝝ parētes ꝓpios perimēs atꝫ
semē neqꝫ īgratissi cuculi q̄ cū vires acceperit

virium largitricem ſuam nutriculam necat..
Sic clerici degeneres erga libros redite pre
uaricatores ad cor ꝛ quod per libros recipitis
fideliter computetis Et inuenietis libros toci
us nobilis ſtatus veſtri creatores. ſine quibus
proculdubio defeciſſent promotores . ¶ Ex
perſona librorum Ad nos nempe rudes peni
tus ꝛ inertes reptaſtis vt paruuli ſapiebatis
ut paruuli euigilantes imploraſtis participes
fieri lactis noſtri Nos ergo protinꝰ lacrimis
veſtris tacti. mamillā gramatice porreximus
exſugendā. quam dentibꝫ atqꝫ lĩgua cõtrectaſ
tis aſſidue . donec direpta notatur barbarie
noſtris lingwis inciperetis magnalia diſſeri.
Poſt hec philoſophie veſtibus valde bonis di
aletica ꝛ rethorica quas aput nos habuimus
ꝛ habemus vos induimus cū eſſetis nudi atqꝫ
tabula depingenda. Omnes enim philoſophi
e domeſtici ſunt veſtiti duplicibus . vt tegatur
tam nuditas q̄ ruditas intellectus . Poſt hec
vt alati more ſeraphico . ſuper cherubin ſcan
dentes quadruuij pennas vobis quatuor adiũ
gentes tranſmiſimus ad amicum ad cuius oſ
tiũ dum tam improbe pulſaretis . tres panes
commodarentur . intelligentie trinitatis in q̃
conſiſtit finalis felicitas cuiuſlibet viatoris ..

ꝙ ſi vos hec mūnera non habere dixeritis con
fidenter aſſerimus · ꝙ vel ea per ĩiuriam per
didiſtis collata · vel in principio deſides reſpu
iſtis oblata · Si huiuſmodi videantur ingra
tis puſilla · adicimus hijs maiora · Vos eſtis
genus electum · regale ſacerdociū · gens ſanc
ta · et populus acquiſitionis Vos peculiarem
i ſortem domini computati · Vos ſacerdotes ꝛ
miniſtri dei · ymmo vos anthonomatice ipſa
eccleſia dicimini · quaſi laici non ſunt eccleſi
aſtici nūcupandi · Vos laicis poſtpoſitis pſal
mos et ympnos concinitis in cancellis · et al
tari dei ſeruitis cum altario participantes Ve
rum conficitis corpus criſti · In quo deus ipſe
Vos non ſolum laicis · ymmo paulo magis an
gelis honorauit · Cui enim angelorum aliquā
do dixit Tu es ſacerdos in eternum · ſecundū
ordinem melchiſedech Vos criſti crucifixi teſ
timoniū diſpēſatis pauperibus vbi iam que
ritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inuē
atur Vos eſtis paſtores gregis dominici tam
exemplo q̄ verbo doctrine · qui vobis tenetur
rependere lac et lanam Qui ſunt iſtorū omni
um largitores O clerici Nonne libri reminiſ
ci libeat ſupplicamus · ꝙ per nos clericis ſūt
conceſſa · Egregia priuilegia libertatum ·

Per nos ſiquidem vaſa ſapientie ⁊ intellectꝰ
imbuti. cathedras ſcanditis magiſtrales. vo
cati ab hominibus rabbi. Per nos in oculis
laycorum mirabiles velut magna mūdi lumi
naria Dignitates eccleſie ſecūdum ſortes va
rias poſſidetis. Per nos cum adhuc careatis
genarum lanugine in etate tenera conſtituti
tonſuram portatis ī vertice. perhibentem ſta
tum eccleſie ſentencia formidandum. Nolite
tangere criſtos meos. et in ꝓphetis meis no
lite malignari Et qui eos tetigerit temere vi
olenter anathematis vulnere. ictu ꝓprio pro
tinus feriatur. Tādem etate ſuccumbente ma
licie figure pitagorice biuiū attigentes ramū
leuum eligitis. et retrorſum abeuntes ſortem
domini preaſſumptam dimittitis. ſocij facti
furum. Sicqȝ proficientes inpeius latrocini
is homicidijs ⁊ multigenis inpudicijs macula
ti tam fama q̄ȝ conſciencia tabefacta ſceleribꝰ
cōpellente iuſticia. in manicis et conpedibus
coartati ſeruamini. morte turpiſſima punien
di Tunc elongatur amicus et proximus. nec
eſt qui doleat vicem veſtram. Petrus iurat
ſe hominem non nouiſſe. Vlgus clamat iuſti
ciario crucifigi eum crucifige. quoniam ſi hūc
dimiſeris. non es amicus ceſaris. Jam perijt

omnis fuga. Iam ante tribunal oportet aſſiſ
ti . nec locus ſuppetit appellandi ſed ſolum ſuſ
pendium exſpectat. Dum ſic triſticia comple
uerit cor miſeri et ſole camene lacere fletibus
ora rigant . fit balatus anguſtiis vndiqz me
mor noſtri . et vt euitet mortis propinque pe
riculum antiquate tonſure quam dedimus . p
uum prefert ſignaculum. ſupplicans vt vocemur
in medium et collati muneris teſtes ſimus .
Tunc miſericordia ſtatim moti occurrimus fi
lio prodigo . et a portis mortis ſeruum eripi
mus fugitiuū legendus liber porrigitur nō ig
notus . et ad modicā balbucientis pre timore
lecturam. iudicis poteſtas diſſoluitur accuſa
tor ſubtrahitur mors fugatur O carminis em
piria mira virtus. O dire cladis antydotū ſa
lutare O lectio precioſa pſalterii. qua meretur
hoc ipſo liber vite deinceps appellari. Suſtine
ant laici ſecularem iudicium vt vel inſuti culleis.
enatēt ad neptunū vel ī terra plātati plutoni
fructificent . aut vulcano p incēdia holocauſta
ſe offerant medullata. k certe ſuſpenſi victima
ſint iunoni dū nr̄ alūpn9 ad lectiōz vicā libri
vite pōtificis omēdat. cuſtodie q rigor ī fauorē
cōūtit . Ac dū for tnſfert a laico a librorꝫ alūp
no clerico mors differt. Ceterꝫ iā de clericis q

ſunt vaſa virtutum · nos loquamur· Quis de vobis pulpitum vel ſcabellum predicaturus aſcendit ·nobis penitus inconſultis · Quis ſcolas lecturus vel diſputaturus vel predicaturus ingreditur ·qui noſtris comatibus nõ fulſitur Primum oportet volumen cum ezechiele comedere quo venter memorie dulceſcat extrinſecus. Et mõ ſic pãthere referte redoleat extrĩſecus conceptorum aromatum odor ſuauis · ad cuius anhelitum coanhelent accedere homĩes beſtie et iumenta Sic natura noſtra in vobis familiari⁹ operante latenter auditores accurrunt beniuoli· ſicut adamas trahit ferrum· nequaquam inuite · Quinymmo infinita librorum multitudo iacet pariſius vel athenis ſimiliter reſonant in britannia vel in roma · Quieſcentes quippe mouentur · dum ipſis loca ſua tenẽtibus auditorum intellectib⁹ circumquaqꝫ feruntur· Nos deniqꝫ ſacerdotes pontifices· cardinales· et papam vt cuncta in iherarchia eccleſiaſtica collocentur ĩ ordine· litterarum ſciencia ſtabilius· A libris namqꝫ ſumit originẽ quidquid boni prouenit ſtatui clericali · Sed hec hactenus · Piget reminiſci que dedimus populo clericorũ degeneri · que magis videntur perdita · quam collata · quecumque munera ·

tribuũtur ingratis Deinceps inſiſtemus pa
tum pro recitandis iniurijs · quas rependũt
vilipenſionibus et iacturis de quibus nec ſin
gula generum recitare ſufficimus · ymmo vix
proxima genera ſingularum · In primis de
domicilijs clericorum nobis iure hereditario
debitis · vi et armis expellimur · In quodam
interiori cubiculo cellulas habebamꝰ quietas
Sed prochdolor hijs nephandis temporibus
penitus exulantes · Improperium patimur
extra portas · Occupant enim loca noſtra
nunc canes et aues · nunc beſtia bipedalis ſci
licet mulier · cuius habitatio vitabatur a cle
ricis · a qua ſemper ſuper aſpidem et baſiliſ
cum · alumpnos noſtros docuimus fugiendũ ·
Quamobrem iſta beſtia · noſtris ſtudijs ſem
per emula nullo die placanda finaliter · nos
conſpectos in angulo iam defuncte aranee ſo
la tela protectos · in fugam fronte collecta vi
rulentis ſermonibus detrahit et ſubſanat ·
Ac nos in tota domus ſuppellectuli ſuper va
cuos hoſpitari demonſtrat Et ad vnumquem
qꝫ yconomie ſeruicium queritur ocioſos · Et
mox in capitegia precioſa ſyndonem ⁊ ſericum
et coccum bis tinctum veſtes et varias farra
turas lanam ⁊ linum · conſulit commutandos

Et quidam merito ſi videret intrīſeca cordis·
noſtri ſi noſtris priuatis interfuiſſꝫ conſilijs
thorofraſti vel valerij perlegiſſet volumen ꝉ
ſaltem eccleſiaſtici viſeſimum quītum capitu
lum auribus intellectus audiſſet· Qua ꝓpter
conquerimur de hoſpicijs nobis īiuſte ablatis
de veſtibus non quidem datis· ſed de datis ā
tiquitus violentis manibus laceratis· In tan
tum ꝙ adheſit pauimento anima noſtra· con
glutinatus eſt in terra venter noſter· et glori
a noſtra in puluerem redacta eſt Morbis va
rijs laboramus· dorſa lateraqꝫ dolentes iace
mus membratim paraliſi diſſoluti Nec eſt q̄
cogitet· nec eſt qui benigne malagma ꝓparet
Candor natiuus et luce perſpicuus· iam in fuſ
cum ⁊ croceum eſt cōuerſus· ut nemo medicus
qui nos repereat dubitet ictericia nos īfectos
Artetiam patiuntur non multi de nobis· ſicut
extremitates retorte inſinuant euidenter· Flu
uius aut fumus ac puluis quibꝫ infeſtamur aſ
ſidue· radiorum viſualium aciem hebetarunt
et iam lippientibus oculis· obtalmiam ſuper
ducunt Ventres noſtri duris torſionibus viſ
cerum que vermes edaces non ceſſant corro
dere conſumuntur· et vtriuſqꝫ lateris ſuſtine
mus putredinem· nec inuenitur quiſquam qui

cedri reſina nos liniat · vel quatriduano iam
putrido clamans dicat laſare Veni foras Nl
lo circumligantur ligamine vulnera noſtra ſe
ua que nobis innoxijs inferuntur atrociter ·
nec eſt vllus qui ſuper vulnera noſtra catha
plaſmet · Sed pannoſi et algidi in angulos
tenebroſos abiciamur in lacrimis · vel cū ſanc
to iob in ſterquilinio collocamur · · Vel q̄ ne
phas videtur in affatu in abiſſis abſcondimur
cloacarum · Puluinar ſubtrahitur ewange
licis ſupponendum lateribus · quibus primo
deberent de ſortibus clericoꝝ ſubſidia · Et ſic
ad ſuo famulatui deputādos proſpere comunis
victus neceſſarijs deriuari · Rurſus de alio ge
nere calamitatis conquerimur · qne perſonis
noſtris crebrius irrogatur iniuſte · Nam in
ſeruos venundamur et ancillas · et obſides in
tabernis abſq; redemptione iacemus · In cel
larijs crudelibus ſubdimur · vbi mactari tam
pecora q̄ꝫ iumenta · ſine pijs lacrimis non vi
demus · Et vbi milleſies moritur ipſo metu
morimur · qui vinum poſſet cadere inconſtantē
Judeis committimur · ſarracenis · hereticis ·
et paganis · quorum ſemper toxicum formi
damus · per quos nonnullos de noſtris paren
tib⁹ · ꝑ venenū peſtiferꝝ cōſtat eſſe corruptos

Sane nos qui architectonici reputari debemꝰ
in ſciencijs. et ſubiectis nobis mechanicis im
peramus. ſubalternorum regimini. viceuerſa
committimur tamq̄ ſi monarcha ſūme nobilis
ruſticanis calcaneis ſubſternatur. Sartor et
ſutor et ſciſſor quicūqꝫ. aut cuiuſlibet operis
artifex. incluſos nos cuſtodit in carcere. pro
ſuperfluis et laſciuis delicijs clericorum Jam
volumus proſequi nouum genus iniurie quo.
tam in noſtris perſonis ledimur q̄ in fama. ꝛ
qua nichil carius poſſidemꝰ Generoſitati noſ
tre omni die detrahitur dum per prauos com
pilatores tranſlatores tranſformatores noua
nobis auctorum nomina inponuntur. ꝛ antiq̄
nobilitate mutata. r̄generatione multiplici re
naſcentes. degeneramus omnino Sicqꝫ viliū
auctorum nobis nolentibus affiguntur nomi
na. et verorum patrum vocabula. filijs ſubdu
cuntur. Verſus virgilij. adhuc ipſo viuente.
quidam pſeudo verſificus vſurpauit et marcia
lis coci libellos fidentinus quidam ſibi menda
citer arrogauit. quem idem marcialis merito
redarguit ſub hijs verbis. Quem recitas meꝰ
eſt o fidentine libellus Sed male dum recitas
incipit eſſe tuus. Quid ergo mirum ſi defunc
tis noſtris auctoribus. ſuas per nos fimbrias

ſimie clericorum magnificant . cum eiſdem ſu
perſtitibus nos recenter editos rapere moliā
tur . Ha quociens autē nos antiquos fingitis
nuper natos . Et qui patres ſumus . filios no
minare conamini . Quiqȝ vos ad eſſe clerica
le creauimus . ſtudiorum veſtrorum fabricas
appellatis . Reuera de athenis extitimus ori
undi . qui fingimur nunc romani . Semper
namqȝ carmentis lat tuncula fuit cadmi . Et
qui nuper naſcebamur in anglia . cras pariſiꝰ
renaſcemur . Et ī de delati bononiam ytalicam
ſortiemur originem . nulla conſangwinitate
ſuffultam . Heu ꝙ̄ falſis ſcriptoribus nos ex
arandos committitis . ꝙ̄ corrupte nos legitis
et meditando necatis . quos pro zelo corrigere
debebatis . Interpretes barbaros ſuſtinemus
multociens . et qui lingwarū ydeomata neſci
unt . nos de lingwa ad lingwam transferre
preſumūt . Sicqȝ ꝓprietate ſermonis ablata
fit ſentencia contra ſenſū auctoris turpiter ma
culatā . Bene generoſa fuiſſet librorum con
dicio ſi turris babel nullatenus obfuiſſet pre
ſumptio . ſi tocius humani generis vnica deſ
cendiſſet ſermonis ſpecies propagata . Vlti
mam prolixe noſtre querel e ſed pro materia
quam habemus . breuiſſime clauſulam . .

ſubiungemus In nobis etenim commutatur v
ſus in eum uſum qui eſt contra naturam · dū
paſſim pictorib9 ſubdimur litterarum igna
ris · ꝛ aurifabꝛis prochdoloꝛ cōmēdamur nos
qui ſumus lumen fidelium animarum · vt fia
mus ac ſi non eſſem9 ſapientie ſacra vaſa · re
poſitoꝛia bratearū Deuoluimuꝛ indebite in la
ycorum dominum qnod eſt nobis amari9 omī
moꝛte · quoniam hij vendiderunt populum noſ
trū ſine precio · ꝛ inimici noſtri iudices noſtri
ſunt · Liquet · omnibus expremiſſis ꝙ īfinita
poſſemus in clericos inuectiua conuertere · ſi
non honeſtati ꝓprie parceremus · · Nā miles
emeritus clipeum veneratur et aꝛma gratus
qꝫ coridon aratro tabeſcenti · bige · trahe · tri
bule ac ligoni Et omnis artifex manuali · yper
duliam ꝓpꝛiam ſuis exhibet inſtrumentis · ·
Solus ingratus clericus peruipendit et neg
ligit ea · per que ſui honoꝛis auſpicia ſemper
ſumit ¶ Capittulum quintum ꝙ boni religi
oſi libros ſcꝛibunt mali alijs occupantuꝛ

Religionum veneranda deuotio in libroꝝ
cultu ſolet eſſe ſollicita · et in eorum collo
quijs ſicut in omnib9 diuicijs delectari · Scꝛi
bunt namqꝫ nonnulli ꝓpꝛijs manibꝫ inter ho
ras canonicas interuallis captatis ꝛ tempoꝛa

pro quiete corporis accommodata · fabrican
dis codicibus conceſſerunt · De quorum labo
ribus hodie in plerisqʒ ſplendent monaſteri
is illa ſacra gazophilacia · cherubicis litteris
plena · ad dandā ſciencia͂ ſalutis ſtudentibus
atqʒ lumen delectabile ſemitis laycorum · O
labor manualis felicior omni cura geotrica ·
O deuota ſollicitudo · qua nec meretur martha
corrumpi nec maria · O domus iocunda in q͂
rachaeli formoſe · lya non inuidet fecunda ·
ſed contemplacio cum actiua gaudia ſua miſcʒ
¶ Felix prouidencia pro futuro infinitis poſte
ris valitura · cui nulla virgultorum plantaci
o nulla ſeminum ſacio comparatur nulla caſtro
rum conſtructio munitorum · Quāobrem im
mortalis debet eſſe patrum illorum memoria
quos ſolius ſapiencie delectabat theſaurus ·
Qui contra futuras caligines luminoſas · lu
cernas artificioſiſſime prouiderunt · Et con
tra famem audiendi verbi dei · panes nō ſub
cinericeos neqʒ ordeaceos nec muſcidos · Sʒ
panes azimos de puriſſima ſimula ſacre ſophi
e confectos · Ac curatiſſime parant · quibus
eſurientes feliciter cibantur · Hij fuerunt au
tem probiſſimi pugiles criſtiane milicie · qui
noſtrā infirmitatē armis fortiſſis munierunt

Hij fuerūnt ſuis temporibus wlpium venato
res cautiſſimi · qui nobis iam ſua rethia reliq̄
runt vt paruulas caperemus wlpeculas · que
non ceſſant florentes vineas demoliri · Vere
patres egregij benedictione perpetua recolen
di · felices merito fuiſſetis · ſi vobis ſimilem ſo
bolem genuiſſe ſi prolem non degenerem nec
eq̄uocā reliquiſſe īſequētis tēporis ſubſidiū li
cuiſſet · Sed quod dolētes referimꝰ iam ther
ſites ignauꝰ arma contrectat achillis · et dex
trariorū phalere electe · pigritantibus aſinis
ſubſternuntur · Aquilarum nidis cecucientes
noctue dominantur · et in accipitris ꝑtica reſi
det vecors miluus · Liber bachi reſpicitur et in
vētrem traicitur nocte dieqꝫ · liber codex deſpi
citur et a manu reicitur longe lateqꝫ · Tamq̄
ſi cuiuſdam equiuocacionis multiplicitate fal
latur ſimplex plebs moderna · dum liber pate
re preponitur libro patrū · calicibus epotan
dis non codicibus emendandis indulget hodi
e · quibus laſciuam thimothei muſicā pudicis
moribus emulam · non verentur adiūgere Hic
qꝫ cantus ludentis non planctus lugentis · offi
cium efficitur monachale · Greges et vellera ·
fruges et horrea · porri et olera · potus et · pa
thera · lectiones ſūt hodie et ſtudia mōchorū

exceptis quibuſdam paucis electis · in quib⁹ patrum precedencium non ymago · ſed veſtigium ẽmanet aliquale · Rurſus nulla nobis materia miniſtratur omnino qua de noſtro cultu vel ſtudio cõmendentur hodie canonici regulares · Qui licet a geminata r̃gula nomen portent eximium auguſtini · tamen regule notabilem neglexere verſiculum · quo ſub hĳs verb̄ clericis ſuis commendamur · Codices certa hora ſigulis diebus petantur · Extra horam qui petierit · non accipiet · Hunc deuotum ſtudĳ canonem vix obſeruat aliquis · poſt eccleſiaſtica cantica repetita · Sed ſapere que ſunt ſeculi · et r̃lictum aratrũ intueri · ſũma prudẽcia reputatur · Tollunt pharetram et arcum apprehendunt arma ⁊ ſcutum · Elemoſinarum tributum canibus tribuunt non egenis · Inſeruiunt aleis et taxillis · Et hĳs que nos ſecularibus inhibere ſolebamus · Vt non quidem miremur · ſi nos non dignentur reſpicere · quos ſic ſuis cernunt moribus contraire Patres igitur reuerendi · patrum veſtrorũ dignemini vos reminiſci · Et librorum ſacrorum propenſius indulgete ſtudio · Sine quibus autem quelibet vacillabit religio · Et ſine quibus vt teſta virtus deuotionis areſcat

ſine quibus nullū preberi poterit lumen mun
do · ¶ Capitulum ſextum de laude religioſorū
mendicantiū priorū cū reprehēſione modnoꝝ
Pauperes ſpiritu in fide ditiſſimi · mun
di paripſima et ſal terre · ſeculi contēp
tores · et hominum piſcatores q̄ꝛ beati
eſtis ſi penuriam patientes ꝓ criſto · animas
veſtras ſcitis in patientia poſſidere Non enī
vos ultrix iniquitatis inopia · nec parentum
aduerſa fortuna · nec ulla violenta neceſſitas
nec oppreſſit inedia · ſed deuota voluntas et
electō criſtiformis qua vitam illam optimam
predicauit · Sane vos eſtis ſemper poſt parē
tes noui fetus pro patribus et ꝓphetis nouit
ſubſtituti diuinitus · vt in omnem terram exe
at ſonus veſter vt noſtris ſalutaribus inſtitu
ti doctrinis · cunctis regibus et gentibus pro
mulgetis inexpugnabilem · fidem criſti · Por
ro fidem patrum potiſſime libris eſſe incluſā
ſecundum capitulum ſup̄ ſatis aſſeruit · quo cō
ſtat luce clarius ꝙ librorum debetis eſſe zelo
tipi · qui pre ceteris criſtianis · ſeminare iube
mini ſuper omnes aquas · quia non eſt perſo
narum acceptor altiſſimus · nec vult mortem
peccatorum piiſſimus · qui occidi voluit pro e
iſdem · Sed contritos corde mederi deſiderat

atqȝ lapſos erigi . ⁊ peruerſos corrigi ſpiritu leuitatis Ad quem effectum ſaluberrimum alma mater eccleſia vos plātauit gratuitos plātatosqȝ rigauit fauorib⁹ . ⁊ rigatos priuilegiis ſuffulſiuit . vt cū paſtoribus ⁊ curatis coadiutores eſſetis . ad procurandum ſalutem fidelium animarū Vnde ⁊ predicatorū ordinem ꝓpter ſacre ſcripture ſtudiū . et proximorum ſalutē principaliter inſtitutū . conſtitutiones pronūciāt eoꝝdē . Vt nō ſolū ex r̄gula ꝑſulis auguſti qui codices ſingulis dieb⁹ iubet eſſe petendos Verū mox cum earūdem cōſtitutionū prologū legerint ex ipſius libri capite . ad amorem librorum ſe nouerint obligatos Sed proch dolor . qꝫ tam hos q̄ alios iſtorū ſectantes effigiem a paterna cura librorū et ſtudio ſubtraxit triplex cura ſuperflua . ventris videlicet veſtium et domorum Sunt enim neglecta ſaluatoris prouidēcia quem pſalmiſta circa pauperem et mendicum promittit eſſe ſollicitum . c̄ca labentis corporis indigencias occupati . vt ſint epule ſplendide . veſtes qȝ contra regulam delicate . Necnon et edificiorum fabrice vt caſtrorū propugnacula . tali proceritate q̄ paupertati nō cōuenit exaltate . ꝓpter hec tria nos libri q̄ ſemꝑ eos ꝓuexim⁹ ad ꝑfcm̄ ⁊ iteꝝ

potentes et nobiles ſedes honoris conceſſiꝰ .
elongati a cordis affectibus. quaſi inter ſuper
uacua reputamur. Excepto ꝙ q̄bꝫdā q̄teris pui
valoris inſiſtunt. de quibus nenias et apocri
fa deliramenta prodnaunt . non ad refocillati
num animatum ednlium. ſed pocius ad pruri
tum aurium auditorū . Sacra ſcriptura non
exponitur ſed ſeponitur. quaſi trita per vicos
et omnbus dinulgata ſupponitur cuius tamen
fimbrias paucisſimi tetigerunt . cuius eciam
tanta eſt profūditas vt ab humano intellectu
q̄tūcumqꝫ vigilet ſūmo ocio et maximo ſtudi
o . nequeat ꝯprehendi ſicut ſanctꝰ aſſerit au
guſti . De hac millemoralis diſcipline ſenten
cias . enucleare poterit qui indulget aſſidue .
Si tamen oſtium apire dignetur. ille qui cōdi
dit ſpiritus pietatis. que et recentiſſima noui
tate pollebunt . et ſapidiſſima ſuauitate audi
torum intelligētias remouebunt . Quamobrē
pauptatis ewāgelice profeſſores primarij̄ pꝰ
vicūqꝫ ſalutationis ſciencias ſeculares . toto
mentis ingenio recollectio huius ſe ſacre ſcrip
ture laboribꝫ denouerunt . nocte dieqꝫ in lege
domini meditantes Quidquid vero poterant
a fameſcente ventre furari vel corpori ſemitec
to ſubripere illud lucrum precipuū arbitrātes

todiabus aſſcripſerunt · Quorum contempo
ranei · ſeculares tam officium intuentes q̄ ſtu
dium · libros eis quos in diuerſis hincinde
mundi partibus ſumptuoſe collegerant · Ad
tocius eccleſie edificacionem contulerunt · Sa
ne diebus iſtis cum ſint tota diligencia circa
queſtus intenti · preſumptione probabili cre
di poteſt ſi per antropoſpatos ſermo fiat · de
um circa eos minorem ſollicitudinem gerere ·
quos de ſua promiſſione perpendit diffidere ·
in humanis prouidencijs ſpem habentes · cor
uum non conſiderantes nec lilia · quos paſcit
et veſtit altiſſimus · Danielem et abacuck
cocti pulmenti diſcoferū nō penſatis nec hely
am recolitis · nunc in deſerto per angelos nūc
intormento per cornos nunc in ſarepta per vi
duam · largitate diuina que dat eſcam omni
carni tempore oportuno · a famis īedia libera
tum · Climate miſerabili vt timetur deſcen
ditis · dum diuine pietatis diffidentia · pru
dencie ꝓprie producit innisum · Innisus ve
ro ꝓp̄e prudēcie ſollicitudiēꝫ generat terrenoꝝ
Sollicitudo q̊ꝫ nimia terrenoꝝ amorē adimit
tā libroꝝ q̄ ſtudioꝝ · ⁊ ſic cedit paup̄tas hodie
ꝑ abuſū ī verbi dei diſpēdiū quā ſolū ꝓpt̄ ipſi⁹
admīculū elegiſtis vncinis pomoꝝ vt popul⁹

fabulatur puerulos ad religionem attrahitis·
quos profeſſos doctrinis non inſtruitis· vi et
metu ſicut exigit etas illa· Mendicatiuis diſ
curſib; ſuſtinetis intendere atq; tēp9 in q̄ poſ
ſent addiſcere in captandis fauoribus amicoꝝ
conſumere ſinitis in offenſam parentum· pue
orum periculum ⁊ ordinis detrimentum· Sic
q; nimicū contingit· q̄ qui paruuli addiſcere
minime cogebantur inuiti grandiores effecti
docere preſumant indigni penitus et indocti·
Et paruus error in principio maximus fit in
fine Et ſic namq; in grege veſtro promiſcuo·
laycorum quedam multitudo plurium onerosa
Qui tamen ſe ad predicationis officium tanto
inprobi9 ingerunt· q̄ᵗᵒ minus ea que loquū
tur intelligunt· in cōtemptum ſermonis domi
ni et in perniciem animarum Sane contra le
gem in boue et aſino arat̄is· cū doctis et indoc
tis culturam agri dominica committitis pari
paſſu Scriptum eſt· Boues arabant et aſine
paſcebantur iuxta eos· Quoniam diſcretorū
eſt predicare· ſimplicium vero per auditum ſa
cri eloquij ſub ſilencio ſe cibare Quot lapides
mittitis in aceruū mercurij hijs dieb9· quot
enuchis ſapiencie nupcias procuratis· quot
cecos ſpeculatores ſup̱ eccleſie muros circuire

precipitis . O piſcatores inertes . ſolis retibꝫ
alienis vtentes . qui rupta vix emperice reficia
tis . noua vero nullatenus connodatis . Alioꝝ
labores intratis . Aliorum ſtudia recitatis . a
liorum ſapienciam ſuperficialiter repetitis .
theatrali ſtrepitu labiatis . quemadmodum
pſitacus . ydeota auditas voces effigiat . ſic ta
les recitatores ſiunt omnium . ſed nullius audi
tores . aſinam balaã ymitantes que licet in
trinſecus inſenſata lingwa tamen diſerta fac
ta eſt tam domini q̃ꝓ prophete magiſtra . Reſi
piſcite pauperes criſti . et nos libris inſpicite
ſtudioſe . ſine quibus in preparatione ewan
gelij pacis . numq̃ꝓ poteritis debite calciari .
Paulus apoſtolus predicator veritatis et doc
tor eximius gencium . iſta ſibi per thimothe
um pro omni ſuppellectili tria iuſſit afferri .
penulam . libros et membranas . prima thy
mothei vltimo . viris ewangelicis formam
prebens vt habitum deferant ordinatum . li
bros habeant ad ſtudendi ſubſidium . Et mẽ
branas quas apoſtolus maxime ponderat
ad ſcribendum . Maxime inquit et membra
nas . Reuera mancus eſt clericus . Et ad
multarum rerum iacturam turpiter quidem
mutilatus . qui . . autem . artis . .

ſcribendi totalit̃ ē ignar⁹ Aerem vocibus verbe
rat et pñtes tantum edificat · abſentibus et
poſteris nichil parat · Atramentarium ſcrip
toris geſtabat vir in renibus · qui frontes ge
mentium thau ſignabat ezechielis nono · inſi
nuans figuraliter · quia ſi quis ſcribendi periciam
careat · predicandi penitentiam · offitium non
preſumat · Tandem in preſentis calce capituli
ſupplicant vobis libri · iuuenes neſcios · ingeni
o aptos · ſtudijs applicare neceſſaria miniſtrā
tes · quos non ſolummō veritatem verum ⁊ diſ
ciplinam et ſcientiam doceatis · verberibus ter
reatis attrahatis blandicijs molliatis muniſ
culis et penoſis rigoribus · vt et ſocratici mo
rib⁹ et doctrinis pypatetici ſimul fiant · Heri
quaſi vndecima · vos diſcretus paterfamilias
introduxit in vineam · ante ſero penitus pige
at ociari Vtinam cum prudenti villico · mendi
candi tā improbe verecundiam haberetis · Tūc
enim procul dubio nobis libris et ſtudio ꝓpē
ſius vacaretis ¶ Capitulum vij · Deploratio
deſtructionis librorum per bella et incendia ·

Pacis auctor et amator altiſſime · diſſipa
gentes bella volentes · que ſuper omnes
peſtilencias libris nocent Bella namq̃ caren
cia rationis iudicio · furioſos efficiunt īpetus

in aduerſa et dum racionis moderamine non
vtuntur ſine differencia diſcretionis progreſ
ſa vaſa deſtruunt rationis . Tunc prudens
appollo plutoni ſubicitur . et tunc froneſis pa
tiens mater fit freneſis et ī freneſis redigitur
poteſtatem . Tunc pennatus peſagus ſtabu
lo coridonis includitur ⁊ facundus mercurius
ſuffocatur . Tunc pallas prudens erroris
mucrone tunditur et iocunde pierides trutulē
ta ſtercoris tyrannide ſupprimuntur . O crude
le ſpectaculum . vbi phebum philoſophorum
ariſtotilem cui in omnibus dominij dominꝰ ip
ſe commiſit dominium . ſceleroſis manib; vin
culatum ferramentis infamibus compeditum
laniſtarum humeris a ſocratis edibus cernit̄
aſportari . Et qui in mundi magiſtratu ma
giſterium atq; ſuper imperatorem imperium
meruit obtinere . iniuſtiſſimo iure belli . vide
res ſubici vili ſartre . O poteſtas iniquiſſima
tenebraꝝ que platonis nō veretur peſſundare
diuītatē ꝓbatam . qui ſolus aſpectui creatoris
prius q̄ bellātis chaos placaret litigiū ⁊ ante
q̄ ylenendelechia induiſſ3 . ſpecies ydeales ob
icere dignus fuit vt mundum architipū demō
ſtraret auctori ⁊ de ſuperno exemplo mundus
ſenſibilis duceretur O lacrimoſus ītuitus quo

moralis ſocrates cuius actus virtus · et ſermo
doctrina · qui de nature principijs policie pro
duxit iuſticiam · vicioſi viſpilionis addictꝰ vi
detur ſeruituti · Pitagoram plangiꝰ armonie
parentem cum contritibus furijs flagellatum
atrociter vice cantus · gemitus edere cobumbi
nos · Miſeremur zenonis principis ſtoycorum
qui ne cōſilium proderet linguam morſu ſecuit
et expuit in tyrannum intrepide · heu iam cur
ſus a dyomerita tritus · in mortario piſtilla ·
tur Certe nō ſufficimus ſingulos libros · luctu
lamentari condigno · qui in diuerſis mundi ꝑ
tibus bellorū diſcrimine perierūt Horribilē
tamen ſtragem · que per auxiliares milites ſe
cundo bello allexandrino contigit in egipto ſti
lo flebili memoramus vbi decem milia volumi
nū ignibus conflagrarunt · q̄ ſub regibꝰ ptho
lomeis per multa curricula temporum ſūt col
lecta · ſicut recitat agillius noctium acticarum
libro ſexto ca · xvi · Quanta proles athlātica ·
tunc occubuiſſe putabitur · orbium motus om
nes cōiūctiones planetarum galaxie naturam
et generationes prenoſticas cometarū et que
cumqꝫ in celo fiunt vel ethere cōprehendētes ·
Quis tam infauſtum holocauſtū · vbi loco cru
oris incauſtū offertur · nō exhorrētur · Prune

cadentes pargameni crepitantis ſanguine ver
nabantur . Vbi tot innocencium milia in quo
rum ore non eſt ĩuentum mendacium flamma
vorax conſumpſit . Vbi tot ſcrinia veritatis e
terne . ignis parcere neſciens in fetentem cine
rem commutauit . Minoris facinoris eſtima
tur tam yepte q̃ agomenis victima vbi pia fi
lia virgo patris gloria iugulatur . Quot la
bores celebris herculis . tunc periſſe putamꝰ
qui ob aſtronomie periciam collo flexo celum
deſcribitur ſuſtuliſſe . cum iam ſecundo hercu
les flammis ſit iniectus . Archana celorum .
que ionāchus non ab homine neqꝫ per homi
nem vidicat ſed diuinitus inſpiratus accepit .
queqꝫ zoroaſtes germanus eiuſdem immundo
rum ſeruitor ſpirituum deſeruit . que eciā ſanc
tus ēneck ꝑthi prefectus priuſq̃ transferretur
de ſeculo prophetauit . ymmo querꝫ primus a
dam filios docuit vt raptus ĩextah ĩ libro eter
nitatis ꝓuiderat flammis illis nephandis . ꝓ
babiliter eſtimantur eſſe deſtructa Egipciorꝝ r̄
ligio quā lib᷑ logoſtalios ſic ꝯmendat egregie
polios veterꝝ atheāꝝ q̄ cū milibꝫ ānorꝝ athenis
grecie ꝓceſſerīt carmiā caldeorꝝ ꝯſideratiōēs a
rabū ꝛ īdorꝝ cerimoīe iudeorꝝ architecta babiloī
orꝝ noe georgica moiſi ꝓſagia Joſue plaīmeta

ſamſonis enigmata · ſalomonis ꝓbleumata a
cedro libani vſqꝫ ad yſopum planiſſime diſpu
tata · eſculapij antidota cadini gramatica ꝑma
ſi poemata apollinis oracula · argonautica ia
ſonis · ſtrategemacõ palmedis et alia infinita
ſcienciarũ ſecreta · huiuſmodi incendijs credũ
tur ſublata Nũquid ariſtotilem de circuli qua
dratura ſilogiſmus apoditicõ latuiſſet · ſi li
bros veterum methados nature totius habẽci
um permiſiſſent nephanda prelia ſupereſſe ·
Nec de mundi eternitate probleuma neutrũ
feciſſet nec de intellectuũ humanorum plurali
tate eorumqꝫ perpetuitate vt veriſimiliter cre
ditur dubitaſſet ullatenus · ſi perfecte ſcienci
e veterum inuiſorum bellorum preſſuras obnox
ie non fuiſſent Per bella namqꝫ ad patrias
peregrinas diſſipamur obtruncamur · vulne
ramur et enormiter mutilamur · ſub terra fo
dimur in mari ſubmergimur · Flammis exuri
mur et omni necis genere trucidamur · Quã
tum ſanguinis noſtri effudit ſcipio bellicoſus
cum euerſioni carthaginis romani imperij im
pugnatricis et emule anxius incumbebat ·
Quot milia milium prelium decẽnale troianũ
ab hac luce tranſmiſit Quot per anthonium
tulio iam occaſo · externarum prouinciarum

latebras adierunt . Quot de nobis per theo
doricum exultante boecio . in diuerſa mundi cli
mata . ſicut oues percuſſo paſtore ſunt diſper
ſi . Quot ſeneca ſuccumbente neronis malicie
cum et nolens et volens portas mortis adiret
ab eo diuiſi retroceſſimus lacrimantes . et in
quibus partibus hoſpitari deberemus ignorā
tes . Felix fuit illa librorum tranſlatio . quā
in perſas de athenis xerſes feciſſe deſcribitur
quos rurſus de perſis in athenas ſeleucus re
duxit . O gaudium gracioſum . o mira letici
a . quam tunc cerneres in athenis . cum proli
ſue genitrix obuiaret tripudiās . matris qꝫ
thalamum ſeneſcenti iam ſobili . denuo demon
ſtraret reaſſignatis hoſpicijs veteribus inqui
linis . Mox tabulata cedrina . cum lignis
et trabibus leuigatis aptiſſime complanan
tur . auro et ebore epigramata deſignantur
camerulis . quibus ipſa volumina reuerenter
illata ſuauiſſime collocantur ſic vt nullum al
terius ingreſſum impediat . Vel propinquita
te vero nimia fratrem ſuum ledat . Cete
rum quidem infinita ſunt diſpendia . que per
ſediciones bellorum . librorum generi quip
pe ſunt illata . Et quoniam quidem infinita
nullatenus . . . . tranſgredi . atque . . . . . .

pertranſire cõtingit· hic finaliter ſtatuemꝰ
querimonie noſtre gades et ad preces quibus
incepimus regiramus habenas· rogantes ſup
pliciter vt rector olimpi· ac mundi totiꝰ diſpē
ſator altiſſimus firmet pacem ⁊ bella remoue
at· ac tempora faciat ſua protectione tranq̄l
la· ¶ Capitulum viij de multiplici oportunita
te auctoris in colligendis libris circumquaq;

Cum omni negocio tempus ſit ⁊ oportuni
tas vt teſtatur eccleſiaſtes octauo capi·
iā progredimur enarrare multiplices oportu
nitates· quibus in acquiſitione librorum pro
poſita· diuinitate propicia iuuabamur Quam
uis enim ab adoleſcencia noſtra ſemper ſpeci
alem ſocialemq; comunionem cum viris litte
ratis et librorum dilectoribus delectaremur
habere ſuccedētib; proſperis· regie maieſtatis
conſecuti notitiam et in ipſiꝰ acceptati famili
a· facultatem ſuſcepimus ampliorem vbilibet
viſitandi pro libitu ⁊ venandi· quaſi ſaltus q̄ſ
dam delicatiſſimos· tū priuatas· tū comunes·
tū regularium· tū ſecularium librarias· Sane
dum inuictiſſimi principis· ac ſemper magnifi
ce triumnhantis· regis anglie eduardi tercij
poſt cōqueſtum cuius tempora conſeruare dig
netur altiſſimus diutine et tranquille· primo

primo quidem ſuam concernentibus curam de
inde rempublicam regni ſui · cancellarij ſcilicꝫ
ac theſaurarij fungeremur officijs · preſtaba
tur nobis auditus facilis regalis fauoris intui
tu · ad librorum latebras libere perſcrutādas
Amoris quippe noſtri fama volatilis iam vbiꝫ
percrebuit tantumqꝫ librorum et maxime vete
rum · ferebamur cupiditate langueſcere poſſe
vero quemlibet noſtrum per quaternos facili
us q̃ per pecuniam adipiſci fauorem · Quam
obrem cum ſupradicti principis recolende me
morie bonitatis ſuffulti · poſſemus obeſſe et
prodeſſe proficere et officere vehementer tam
maioribus q̃ puſillis affluxerunt loco encemi
orum et munerum · locoqꝫ donorum ⁊ iocalium
cenulenti quaterni ac decrepiti codices · noſ
tris tam aſpectibus q̃ affectibꝰ precioſi · Tūc
nobiliſſimorum monaſteriorum aperiebātur
armaria · reſerebantur ſcrinia · et ciſtule ſolue
bantur · et per longa ſecula in ſepulchris ſo
porata volumina expergiſcuntur · attomata
queque in locis tenebroſis latuerunt · noue
lucis radijs perfunduntur · Delicatiſſimi
quondam libri corrupti et abhominabiles iā
effecti · murium quidem fetibus cooperti · et
vermium morſibus terebrati · iacebant ··

exanimes. Et qui olim purpura veſtiebantur
et biſſo. nūc in cinere et cilicio recubantes ob
liuione tradita videbantur domicilia tinearū.
Inter hec nichilominus captatis temporibus
magis voluptuoſe conſedim⁹. q̄ȝ feciſſȝ medic⁹
delicatus inter aromatum apothecas vbi amo
ris obiectum reperimus et fomentum. Sic ſa
cra vaſa ſciencie ad noſtre diſpēſationis per
uenerunt arbitrium. quedam data. quedam
vendita. ac nōnulla pro tempore accōmodata
nimirum cum nos pleriqȝ. de huiuſmodi dona
rijs cernerent contentatos. ea ſponte noſtris
vſibus ſtuduerunt tribuere quibus ipſi libenci
us caruerunt. q̄ȝ ea que noſtris aſſiſtentes ꝑ
uicijs abſtulerunt. Quorū tamen negocia ſic
expedire curauimus gracioſe. vt eiſdem emo
lumentum accreſceret. nullum tamen iuſticia
detrimentum ſentiret Porro ſi ciphos aureos
et argenteos. ſi equos egregios ſi nūmorum
ſūmas non modicas amaſſemus. tunc. tempo
ris diues nobis erarium inſtauraſſe potuiſſe
mus. Sed reuera libros non libras maluim⁹
codices que pl⁹ dilexim⁹ q̄ȝ florenos. ac pan
fletos exiguos faleratis pretulim⁹ palefredis.
Adhuc eiuſdem principis ſempiterne memo
rie legationibus crebris functi ⁊ ob multiplicia

regni negocia . nunc ad ſedem romanam . nūc
ad curiam francie . nunc ad mundi diuerſa do
minia tedioſis ambaſſiatibus et periculoſis
temporibus mittebamur circumferentes tamē
illam . quam aque plurime neq̃uerūt extingue
re caritatem librorum . Hec enim peregrina
tionum abſynthia quaſi quedam pigmentari
a dulcorauit . Hec poſt pplexas intricatioēs
et ſcrupuloſos cauſarum amfractus . et vix e
greſſiſibiles reipublice laborintos ad r̄ſpiran
dum parūper temperiem aure leuis aperuit .
O beate deꝰ deorū i ſyon quantꝰ fluminis īpe
tus voluptatis letificauit cor noſtrum . quoci
ens paradiſum mundi pariſiꝰ viſitare vacaui
mus moraturi vbi nobis ſemper dies pauci p̄
amoris magnitudine videbantur . Ibi biblio
tece iocunde ſuper cellas aromatum r̄dolentes
Ibi virens viridarium vniuerſorum volumi
num . Ibi prata achademica terremotu tremē
cia . athenarum paripatheticorum diuticula .
perasi promunctoria et porticus ſtoycorum .
Ibi cernitur tam artis q̃ ſciencie menſurator
ariſtotiles . cuius eſt totum quod eſt optimum
in doctrinis in regione duntaxat tranſmutabi
li ſublimari . Ibi ptholomeus ephycyclos
et eccentricos . auges atque genzachar . .

planetarum·figuris et numeris emetitur Ibi
paulus archana reuelat· Ibi dyoniſiꝰ iherar
chias coordinat ⁊ diſtinguit Ibi quidquid ca
dinus gramatice recollegit phenices·totũ vir
go carmentis caractere repreſentat latino Ibi
reuera theſauris apertis et ſacculorum corri
gijs reſolutis·pecuniam leto corde diſperſimꝰ
atq; libros impreciabiles· luto redemimus et
arena· Nequaq̄ malum eſt inſonuit omnis ēp
tor ſed ecce q̄ bonum et q̄ iocũdum·arma cle
ricalis milicie congregare in vnũ·vt ſuppetat
nobis vnde hereticorũ bella conterere ſi inſur
gant· Amplius oportunitatem maximam·nos
captaſſe cognoſcamus per hoc q̄ ab etate tene
ra magiſtrorum et ſcolarium· ac diuerſarum
arcium profeſſores quos ĩgenij perſpicacitas
ac doctrine celebritas clariores effecerãt · re
legato quolib; parciali fauore· exquiſitiſſima
ſollicitudine noſtre comitiue coniũximus· Quo
rum conſolatiuis colloquijs cõfortati nunc ar
gumentorum oſtenſiuis inveſtigationibꝫ·nũc
phiſicorum proceſſuum ac catholicorum docto
rum tractatuum recitationibus velut multipli
catis et alternatis ingenij ferculis dulcius fo
uebamur· Tales in noſtro tyrocinio cõmilito
nes elegimus · tales in thalamo collaterales

habuimus tales ī itinere comites . tales ī hoſ
pitio commenſales . et tales penitus in omni
fortuā ſodales . verꝫ q̃a nulla felicitas diu dura
re permittitur priuabamur nōnumq̄ꝫ luminū
aliquorum preſencia corporali . cum eiſdem
promociones eccleſiaſtice ac dignitates debi
te proſpiciente iuſticia de celo prouenerunt .
Quo fiebat vt incumbētes ſicut oportuit cure
ꝓprie ſe a noſtris cogerentur obſequijs abſen
tare . Rurſus compendioſiſſimam ſemitā ſub
īūgemus . per quam ad man⁹ noſtras perue
nit librorum tam veterū q̄ꝫ nouorum plurima
multitudo . Religioſorum ſiquidem pauperta
tē ſuſceptam pro criſto . numq̄ꝫ indignantes
horruimus . verū ipſos vbiqꝫ terrarū ī noſtre
compaſſiōis vlnas admiſimus manſuetas af
fabilitate familiariſſima ī perſone noſtre deuo
tionem alleximus allectoſqꝫ beneficiorum libe
ralitatem munifica fouimus ꝓpter deū . Quo
rum ſic eramus omnium benefactor comunis
vt nichilominus videremur quadam paterni
tatis ꝓprietate ſingulos adoptaſſe . Iſtis in
ſtatu quolibet facti ſumus refugium . iſtis num
q̄ꝫ clauſimus gracie noſtre ſinum . Quamobrē
iſtos votoꝝ noſtrorū peculiariſſiōs zelatores
meruim⁹ habere ꝛ tā ope q̄ꝫ opa promotores .

Qui circumeuntes mare ⁊ aridam · orbis ambi
tum perluſtrātes · vniuerſitatum quoq; diuer
ſarum prouĩciarum generalia ſtudia perſcru
tantes · noſtris deſiderijs militare ſtudebant ·
certiſſima ſpe mercedis · Quis inter tot argu
tiſſimos venatores · lepuſculꝰ deliteſceret · q̃s
piſciculus iſtorum nunc hamos · nunc rethia ·
nunc ſagenas euaderet · A corpore legis diui
ne · uſq; ad quaternum ſophiſmatũ heſterno
rum nichil iſtos preterire potuit ſcrutatores ·
Si in fonte fidei criſtiane · curia ſacroſancta
romana ſermo deuotus inſonuit · uel ſi pro no
uis cauſis queſtio ventilabatur extranea · ſi ꝑ
iſienſis ſoliditas que plus antiquitati diſcen
de · q̃ veritati ſubtiliter producende iã ſtudet
Si anglicana perſpicacitas que antiquis per
fuſa luminaribus nouos ſemꝑ radios verita
tis emittit · quidq̃ ad augmentum ſciencie vł
declarationem fidei promulgabit Hoc ſtatim
noſtris recens infundebatur auribus · nullo de
nigratum ſemiuerbo · nullaq; nugacitate corrup
tũ · ſed de prelo puriimſſi torcularis in noſtre
memorie dolia defecandum tranſibat · Cum
vero nos ad ciuitates et loca contingeret decli
nare vbi prefati pauperes conuentus habebãt
eorum armaria ac quecũq; librorꝫ repoſitoria

viſitare non piguit. ymmo ibi ī altiſſima pau
pertate altiſſimas diuicias theſauriatas inue
nimus. Non ſolum in eorū ſarcinulis et ſpor
tellis micas de menſa dominorum cadētes repi
mus pro catellis. verum eciam panes propoſi
tionis abſqꝫ fermento. panem qꝫ angelorum
omne in ſe delectamentum habentem. ymmo
horrea ioſeph plena frumentis totamqꝫ egip
ti ſuppellectilem atqꝫ dona ditiſſima. que re
gina ſaba detulit ſalomoni. Hij ſunt formice
continue congregantes in meſſe. Et apes ar
gumentoſe. fabricantes iugiter cellas mellis
Hij ſucceſſores bezeleel. ad excogitandum q̄d
quid fabre fieri poterit in argento ⁊ auro ⁊ gē
mis quibus templum eccleſie decoretur. Hij
prudentes polimitarij. qui ſuper humerale
ac rationale pōtificis ſed et veſtes varias effi
ciūt ſacerdotum. Hij cortinas ſaga pellesqꝫ
arietum rubricatas reſarciuntur quibus eccle
ſie militantis tabernaculum contegatur. Hij
ſunt agricole ſeminantes. boues triturātes.
tube bucinantes. pliades emicantes. et ſtelle
manentes ī ordine ſuo. que ſyſarā expugna
re non ceſſant. Et vt veritas honoretur ſal
uo iudicio cuiuſcumqꝫ. licet hij nuper hora vn
decima autē vineam ſunt ingreſſi dominicam

ſicut amantiſſimi nobis libri vi·capi·ſupra ac
tus allegabant· plus tamen ī hac hora breuiſ
ſima· ſacratorum librorum adiecerūt propa
gini ꝙ̄ omēs reſidui vinitores · pauli ſectātes
veſtigia· qui vocatione nouiſſimus predicatio
ne primus multo latiꝰ ewangeliū criſti ſpar
ſit De iſtis ad ſtatum pontificalem aſſumpti
nonnullos habuimus de duobus ordinibꝫ· pre
dicatorum videlicet et minorū noſtris aſſiſtē
tes lateribus· noſtreqꝫ familie cōmenſales vi
ros vtiqꝫ tam moribus ꝙ̄ litteris inſignitos
Qui diuerſorum voluminum correctionibus ·
expoſitionibus · tabulationibus ac cōpilatio
nibus indefeſſis ſtudijs incumbebāt· ¶ Sane
ꝙ̄uis omnium religioſorum comunicatioē mul
tiplici· plurimorū operum copiam tam nouoꝝ
ꝙ̄ veterum aſſecuti fuerimus ·predicatores ta
men extollimus merito ſpeciali preconio ī hac
parte ꝙ eos pre cunctis religioſis·ſuorū ſine
inuidia gratiſſime comunicationis inuenimꝰ
ac diuina quadam liberalitate perfuſos· ſapi
entie luminoſe probauimus non auaros · ſed
ydoneos profeſſores · Preter has oportunita
tes omnes pretactas ſtationariorum ac libra
riorū noticiam · non ſolum īfra natalis ſoli ꝓ
uintiam·ſed per regnum francie·teutonie·et

ytalie ɔparauim⁹ diſpſoꝝ faciliter · pecunia p̄
uolante · Nec eos vllatenus impediuit diſtā
cia neqꝫ furor maris abſterruit · nec eis es p̄
expenſa defecit · quin ad nos optatos libros
tranſmitterēt vel afferrent · Sciebant enim
pro certo q̄ ſpes eorum in ſinu noſtro r̄poſita
defraudari non poterat · ſed reſtabat apud
nos copioſa redemptio cū vſuris · Deniqꝫ nec
rectores ſcolarium ruralium puerorumqꝫ rudi
um pedagogos noſtra neglexit comuīs ſingu
lorum captatrix amoris Sed pocius cū vaca
ret eorum ortulos et agellos ingreſſi flores ſu
perficietenus r̄dolentes collegim⁹ · ac radices
effodimus obſolitas ſtudioſis tamē accommo
das · Et que poſſent digeſta barbarie ranci
da pectorales arterias eloquētie munere me
dicare · Inter huiuſmodi pleraqꝫ comperim⁹
renouari digniſſima · q̄ ſollerter elimata · tur
pi larua vetuſtatis depoſita merebātur venuſ
tis vultibus denuo reformari · Que nos adhi
bita neceſſarioꝝ ſufficiencia in future reſurrex
ionis exēplū reſuſcitata · quadammō rediuiue
reddidim⁹ ſoſpitati · Ceteꝝ apud nos ī nr̄is a
trijs mlt̄itudo nō modica ſēp erat ātiquarioꝝ
ſcriptoꝝ colligatoꝝ correctoꝝ illuīnatoꝝ ⁊ gn̄ali
ter oīm · q̄ poterāt libroꝝ ſuicijs vtilit̄ īſudare

Poſtremo omnis vtriuſqȝ ſexus omniſqȝ ſta
tus vel dignitatis conditio cuiꝰ erat cū libris
aliquale commercium cordis noſtri ianuas ·
pulſu poterat aperire facilimo · ⁊ ī noſtro gre
mio cōmodoſum reperire cubile · Hic omēs ad
miſimus codices afferentes vt nec precedenti
um multitudo · faſtidium poſteriorū efficeret ·
vel heſternum beneficium precollatum · preiudici
um pateret hodierno Qua ꝓpter cū omībꝰ me
moratis perſonis quaſi quibuſdam adaman
tibus attractatiuis librorū iugiter vteremur
fiebat ad nos deſideratus acceſſus vaſorū ſciē
et multifarius volatus voluminum optimorū ·
Et hoc eſt quod preſenti capi · ſuſpſimꝰ enar
rare ¶ Capitulum ix · ꝙ antiqui ſtudentes pre
cedunt modernos feruore diſcendi

Licet noſtris deſiderijs nouitas moderno
rum numq̄ fuerit oneroſa qui vacantes
ſtudijs · ac primorum patrū ſentencijs quicq̄
vel ſubtiter vel vtiliter adicientes grata ſemꝑ
affectione colimus · antiquorum tamen exami
natos labores · ſecuriori cupiditate cupiuiꝰ ꝑ
ſcrutari Siue enim naturaliter viguerunt ꝑ
ſpicatiori mentis īgenio · ſiue inſtanciori ſtu
dio forſitā īdulſerūt · ſiue vtruſqȝ ſuffulti ſub
ſidio ꝓfecerunt · hoc vnū comꝑimus euidenter

q̄ vix ſufficiunt ſucceſſores priorum compta diſcutere · atqꝫ ea per doctrine captare compē dium · que antiqui amfractuoſis adinuentioī bus effoderunt · Sicut enim corporis probita te preſtantiores legimus preceſſiſſe q̄ moder na tempora exhibere noſcantur · ita loculenti oribus ſenſibus prefulſiſſe pleroſqꝫ nitimur opinari · nullatenus eſt abſurdum · cū vtroſ qꝫ opera que fecerunt · inattingibiles poſte ris eque prebent · Unde focas in prologo gra matice ſue ſcribit · Omnia cum veterum ſit explorata libellis Multa loqui breuiter ſit no uitatis opus · Nempe fide feruore diſcendi · ac diligencia ſtudij fiat ſermo illi philoſophie vitam totam integre deuouerunt · noſtri vero ſeculi contemporanei paucos annos · feruide iu uentutis · eſtuantes viciſſim incendijs viciorū ſegniter applicant · Et cum ſedatis paſſionibꝫ diſcernēde ambigue veritatis acumen attige rint · externis implicati negocijs retrocedunt et philoſophie gynnaſijs valedicunt · Muſtū fumoſum iuuenilis ingenij philoſophie diffi cultati delibant · vinumqꝫ maturius defecatū · yconomice ſollicitudini largiuntur · Amplius ſi cut ouidius primo de vetula merito lamētatur Omēs declinant ad ea q̄ lucra miſtrant Utqꝫ

ſciāt diſcunt pauci· plures vt habundent Sic
te ꝯſtituūt o virgo ſciencia · ſic te venalem fa
ciūt· caſtis amplexibꝰ aptam· non te ꝓpter te
querētes ſed lucra per te· Ditariqꝫ volunt po
cius ꝙ philoſophari Et īfra ſic philoſophia ·
Exiliū patitur ⁊ philo pecuīa regnat· quā con
ſtat eſſe violentiſſimū toxicū diſcipline Qua
liter vero non aliū terminum ſtudio poſuerūt
antiqui ꝙ vite declarat valerius ad tiberium
libro viij· capi· vij· p exempla multorum· Car
meodes īquit laborioſus ac diutinus · ſciencie
miles fuit Siquidem expletis · l · annis· idem
illi viuendi ac philoſophandi finis fuit · Et ſo
crates nonogeſi· quar· agēs nobiliſſimū libꝝ
ſcripſit ſophacles · ꝓpe centeſimū annum a
gens edypodeaon id ē librū de geſtis edypoꝰ
ſcripſit Simonides octogeſimo āno carmina
ſcripſit Agellius non affectauit diucius viuere
ꝙ eſſet ydoneus ad ſcribendū · teſte ſeipſo in
prologo noctium acticarū · Feruorem vero ſtu
dij quem habebat euclides ſocraticus recitare
ſolebat taurus phūs· vt iuuenes ad ſtudium
animaret ſicut refert agellius vi· libro· cap· x·
voluminis memorati· Athenieſes namqꝫ cum
megarenſes odirent decreuerunt ꝙ ſi quis de
mecharēſibꝫ athenas intraret capite plecteret

Tunc euclides qui magarenſ̄ erat · et ante il
lud decretum ſocratē audierat muliebri orna
mento contectus · denocte ad ſocratem vt eū
audiret ibat de megaris ad athenas viginti
nnilia paſſuum et redibat · imprudens ⁊ nimi
us fuit feruor achimedis qui geomertice facul
tatis amator · nomen ediſſere noluit · nec a fi
gura protracta caput erigere · quo vite morta
lis fatum prolongaſſet · Sed indulgens ſtudi
o pluſq̄ vite · ſtudioſam figuram vitali ſangui
ne cruentauit · q̄ plurima huiuſmodi noſ
tri propoſiti ſunt exempla · nec ea quidē trāſ
currere breuitas affectata permittit · Sed q̄d
dolentes r̄ferimus · iter proceſus diuerſum in
cedunt clerici celebres hijs diebus · Ambitio
ne ſiquidem in etate tenera laborantes ac pre
ſumptionis pennas ycareas ineptis et in exp
tis lacertis fragiliter coaptantes pilleum ma
giſtralem immaturi preripiunt fiuntq̄ pueru
li facultatum pluriū profeſſores immeriti · q̄s
nequaq̄ pedetempti pertranſeunt · ſed ad in
ſtar caprearum ſaltatim aſcendunt · Cumq̄
parum de grandi torrente guſtauerint · arbi
trantur ſe totum funditus ſorbuiſſe · vix fauci
bus humectatis · Et quia in primis rudimen
tis · tempore congruo non fundantur ſuper

ſtabile fundamentū·opus edificant ruinoſum
Iamqȝ prouectos pudet addiſcere q̄ tenellos
decuerat didiciſſe · et ſic profecto coguntur ꝑ
petuo luere · qꝛ ad faſtes indebitos pre prope
ſalierūt Propter hec et hijs ſimilia·tyrones
ſcolaſtici ſoliditatem doctrine quā veteres ha
buerunt eam paucis lucubraciūculꝭ non attin
gunt· q̄tūcumqȝ fungantur honoribus· cenſe
antur nominibȝ auctorizentur habitibus locē
turqȝ ſolemniter in cathedris ſeniorum Priſ
ciani regulas ⁊ donati· ſtatī de cunis erepti et
ſic celeriter ablactati·perlegūt Cathegorias
et permenias·ī cuius ſcriptura ſūmus ariſto
tiles calamū in corde tinxit · īfantili balbucie
reſonant impubes et imberbes· Quarū facultatū
itinera diſpendioſo cōpendio dampnoſoqȝ dy
plomate tranſmeantes in ſacrum moyſen ma
nus iniciūt violentas ac ſe tenebroſis aquis ī
nubibȝ aeris facialiter aſpergentes ad pontifi
catus īfulam caput parant· nulla decoratū ca
nicie ſenectutis · Promouent plurimum iſtā
peſtem·iuuantqȝ ad iſtū fantaſticū clericatū·
tam pernicibꝰ paſſibȝ attingendum papalis
prouiſio · ſeductiuis precibus īpetrata nec nō
et preces que repelli nō poſſunt cardinaliū ⁊
potencium amicorum cupiditas ⁊ parētū· Qui

edificantes ſyon in ſanguinibus · prius ſuis
nepotibus et alumpnis eccleſiaſticas dignita
tes aucupant q̄ nature ſucceſſu · vel doctrine
tempore matureſcant · Ideo prochdolor paraꝛ
iſmo quem plangimus · pariſienſe palladium
noſtris meſtis temporibus cernimus iam ſub
latum · vbi tepuit ymmo vbi fere friguit zelꝰ
ſcole tam nobilis cuius olim radijs lucē dabāt
vniuerſis angulis orbis terre · Quieſcit ibi
dem iam calamus omnis ſcribe · nec librorum
generatio propagatur vlterius · nec eſt qui
incipiat nouus auctor haberi · Inuoluunt ſen
tencias ſermonibus imperitis ⁊ omnis logice
ꝓprietate priuantur · niſi q̄ ãglicanas ſubtili
tates quibꝫ palam detrahũt · vigilijs furtiuis
addiſcũt · Minerua mirabiles nationes hoim̄
circuire videtur · et a fine vſꝫ ad finem attigit
fortiter vt ſeipam̄ cōmunicet vniuerſis · Indos
babilonios egipcios atꝫ grecos arabes et lati
nos eã iam ptrãſiſſe cernimꝰ · Iã athenas de
ſeruit Iã a roma rceſſit Iã piſiꝰ preteriuit iã
ad britãniã inſulaꝝ inſigniſſimã quin pocius
microcoſmũ acceſſit felicit̄ vt ſe grecis et bar
baris debitricē oſtēdat · quo miraculo conicit̄
a plerisqꝫ q̄ ſicut gallie iam ſophia tepeſcit ſic
eiuſdem milicia penitus euirata · langweſcit ·

Capitulum x· ꝙ ſucceſſiue ſciencia ad perfecti
onē creuit et ꝙ auctor gramaticam grecam et
hebream procurauit

Sapientiam veterum exquirentes aſſidue
iuxta ſapientis cōſilium eccleſia·xxxix·
Sapienciam īquit omniū antiquorū exquirit
ſapiens Nō in illam opinionem dignum·dux
im⁹ declinandū vt primos arciū fundatores
omnem ruditatē elimaſſe dicam⁹ ſcientes ad
inuentionem cuiuſq; fideli conamine pondera
tam·puſillam efficere ſciēcie porcionē· ſed plu
rimorū inueſtigationes ſollicitas quaſi datis
ſimbolis ſingulatim ſcienciaꝝ uigentia corpa
ad īmenſas quas cernim⁹ copias ſucceſſiuis
augmentationib; ſuccreuerunt Semp namq;
diſcipuli magiſtrorū ſentencias iterata forna
ce liquantes preneglectam ſcoriam excoxerūt
donec fieret aurū electum probatū terrepurga
tum ſeptuplum· ⁊ nullius erronei uł dubij ad
mixtione ficatū Neq; enim ariſtotiles q̄uis
ingenio giganteo floreret in quo nature cōpla
cuit experiri q̄tum mortalitati rationis poſſet
admittere·quemq; paulominus ab āgelis mi
norauit altiſſimus·illa mira volumina que to
tus vix capit orbis ex digitis ſuis ſuxit·Qui
ymmo babiloniorum·egipciorum·caldeorum·

pſarum et medorum· quos omēs diſerta greci
a in theſauros ſuos trāſtulerat ſacros libros
oculis linceis penetrando peruiderat · Quo
rum recta dicta recipiens aſpera complanauit
ſuperflua reſecuit · diminuta ſuppleuit · et er
ronea deleuit · Ac non ſolum ſincere docenti
bus · ſed eciam oberrantibus regraciandum
cenſuit · quaſi viā prebentibus veritatem faci
lius inquirendi · ſicut ipſemet ſecundo metha
phiſice clare docet · Sic multi iuriſperiti cō
didere pandectā Sic medici multi tegni · ſic
et auicenna canonem · Sic plinius molam il
lam hiſtorie naturalis· Sic ptholomeus edi
dit almageſti · Quemadmodum namqꝫ in
ſcriptoribus annalium conſiderare non eſt dif
ficile · ꝙ ſemper poſterior preſupponit priorem
ſine quo prelapſa tēpora nullatenus enarrare
valeret · ſic eſt in ſcienciarum auctoribus eſti
mandum · Nemo namqꝫ ſolus quamcūqꝫ ſciē
ciam generauit cum inter veterrimos ⁊ nouel
los intermedios reperimus Antiquos q̄dem ſi
noſtris etatibus cōparentur nouos vero ſi ad
fundamina r̄ferantur Et iſtos doctiſſimos ar
bitramur · Quid feciſſet virgilius latinorum
poeta precipuus ſi theodricum lucrecium et ho
merum minime ſpoliaſſet ⁊ i eorum vitula nō

attraſſet Quid niſi parthemium pindarumqꝫ cuius eloquentiam nõ modo potuit imitari aliquatenus lectitaſſet. Quid ſaluſtius tulius boecius macrobius lactancius marcianus. ymmo tota cohors generaliter latinorũ. ſi athenaꝝ ſtudia vel grecorum volumina non vidiſſꝫ Parũ certe iheronimꝰ triũ lingwarũ peritꝰ in ſcripture gazophilaciũ Ambroſius. auguſtinus. qui tamen grecas litteras ſe fatetur odiſſe. ymmo gregorius qui prorſus eas neſciſſe deſcribitur. ad doctrinam eccleſie contuliſſẽt ſi nichil eiſdem doctor̄ grecia cõmodaſſet. Cuius riuulis roma rigata ſicut priꝰ generauit philoſophos ad grecorũ effigiem pariforma poſtea ꝓtulit orthodoxe ſidei tractatores Sudores ſunt grecorũ ſimbola que cantamꝰ. eorũdem declarata cõſilijs. ⁊ multoꝝ martirio confirmata. Cedit tamen ad gloriam latinoꝝ per accidens ebetudo natiua. quoniã ſicut fuerunt in ſtudijs minus docti. ſic et in erroribus minꝰ mali. Arriana nempe malicia fere totam eclipſauit eccleſiã. Neſtoriana nequicia blaſphema rabie debachari preſũpſit in virginẽ. Nam tã nomen q̄p diffinitionẽ theotocos abſtuliſſet regine niſi miles inuictus cirillus. monomachie congreſſum paratus exſufflaſſet.

Innumerabiles nobis ſunt grecarum hereſum tam ſpecies ꝙ auctores. Nam ſicut fuerunt ſacreſancte fidei primitiui cultores. ita et primi zizaniorum ſatores prout dicitur et producuntur hÿſtoriÿs fide dignus. Sicqȝ poſterius profecerunt in peius. q dum inconſutilē domini tunicam ſcindere niterentur. claritatem doctrine philoſophice perderunt totaliter. ac nouis tenebris excecati deciderunt in abiſſum. niſi ille ſua occulta diſpenſet potencia. cuius ſapienciam numerus non metitur. Hec attenus. nam hic nobis ſubducitur iudicādi facultas. Vnū tamē elicimꝰ ex p̄dictis ꝙ dāpnoſa nimis eſt hodie ſtudio latinoꝝ greci ſermonis inſcicia. ſine quo ſcriptorum veterum dogmata ſiue criſtianorum ſiue gentilium nequeunt comprehendi. Idemqȝ de arabico in pleriſqȝ tractatibꝰ aſtronomicis ac de hebrayco textu ſacre biblie veri ſimiliter eſt cenſendum. Quibus defectibus prouide clemēs quintus occurrit. ſi tamen prelati que faciliter ſtatuunt. fideliter obſeruarent. Quāobrem gramaticā tā grecam ꝙ hebream noſtris ſcolaribꝰ ꝓuidere curauimꝰ cū quibꝫdā adiūctis. q̄ꝝ adminiculo ſtudioſi lectoēs ī dictaꝝ linguaꝝ ſcriptura lectura necnō ītellectu poterunt informari. licȝ

ꝓprietatem ydiomatis ſolus auditus auris aī
mo repreſentet. ¶ Capitulum xi. q̄ leges pro
prie non ſunt ſciencie nec libri.

IN libris iuris poſiti lucratiua pericia diſpenſandis terrenis accommoda. quāto huius ſeculi filijs famulatur vtilius. tāto minus ad capeſſenda ſacre ſcripture miſteria et archana fidei ſacramenta filijs lucis confert. vtpote que diſpoīt peculiāter ad amiciciā huius mundi. per quam homo iacobo teſtāte. dei ꝯſtituitur inimicus. Hec nimirum lites humanas quas īfinita producit cupiditas ītricatis legibus que ad vtrumq; duci poſſunt. extēdit crebrius q̄ꝫ extinguit. Ad quas tamen ſe dandas a iuriſconſultis ⁊ pijs principibꝰ dinoſcitur emanaſſe. Sane cū contrariorū ſit eadem diſciplina potēciaq; rationalꝭ ad oppoſita valeat. ſimulq; ſenſus humanus procliuior ſit ad malum. huiꝰ facultatis exercitatoribꝰ accidit vt plerumq; litibus extendendis indulgeant plus q̄ꝫ paci. et iura non ſecundū legiſlatoris intētū referant. ſed ad ſue machinationis effectum verba retorqueant violenter. Quāobrem licet mentem noſtram librorū amor heros poſſideret a puero quoꝝ zelo languere vite voluptatis accepimus. minus tamen librorū

ciuilium appetitus noſtris adheſit affectibus
minuſqȝ huiuſmodi voluminib⁹ acquirendis
conceſſimus tam opere q̄ꝫ expenſe · Sunt enī
vtilia · ſicut ſcorpio in tyriaca quemadmodū
libro de pomo et morte Ariſtotiles ſol doctri
ne · de logica diffiniuit · Cernebamus inter le
ges et ſciencias · quandā nature differenciam
manifeſtam · dum omnis ſciencia iocundatur
et appetit · ꝙ ſuorum principiorum precordi
a introſpectis viſceribus pateant · et radices
ſue pullulacionis emineant · ſueqȝ ſtaturigīs
emanatio luceat euidenter · Sic enim ex cog
nato et conſono lumine veritatis cōcluſionis
ad principia · ipſum corpus ſciencie lucidum
fiet totum non habens partem aliquam tene
brarum · At vero leges cū ſint quedam pacta
humana · ſtatuta ad ciuiliter conuiuendum vł
iuga principum ſuperiecta ceruibus ſubditoꝝ
recuſant reduci ad ipſam ſinderesim veritatis
ac equitatis originem · eo ꝙ plus habere ſe ti
meant de volū tatis imperio q̄ꝫ de racionis ar
bitrio · Quapꝑter cauſas legū diſcuciendas
nō eſſe · ſuadet in pluribus ſentēcia ſapiētum ·
Nēpe cōſuetudīe ſola leges mł̄te vigorē acqui
rūt nō neceſſitate ſilogiſtica ſicut artes ꝓut ſe
cūdo pollitice aſtruit ariſtotiles phebꝫ ſcole vbi

pollicitam redarguit ypodami · que nouarū le
gum inuentoribus premia largari pollicetur·
quia leges veteres abrogare et nouas ſtatuere
eſt ipſarum que ſunt valitudinem infirmare ·
Que enim ſola cōſuetudine ſtabilitatē accipi
unt·hec neceſſe ē diſſuetudine dirimātur Ex
quibus liquide ſatis ꝯſtat · ꝙ ſicut leges nec
artes ſūt nec ſciencie·ſic nec libri legū · libri
ſcienciarum vel arciū ꝓprie dici poſſunt· Nec
ē hec facultas īter ſciēcias receſenda · quam li
cet geologiam a ꝓpriato vocabulo nominare
Libri vero liberaliū litterarum tam vtiles ſūt
ſcripture diuine ꝙ ſine ipſoꝝ ſubſidio fruſtra
ad ipſius noticiam intellectus aſpiret ¶ Capi
tulū xij·de vtilitate et neceſſitate gramatice

Cvm librorum lectionibus foueremur · aſ
ſidue quos moris erat cotidie legere vel
audire · ꝑpendimus euidēter quātum impediat
ītellect9·officiū ł vni9 vōbuli ſeiplena noticia
dū nullius enunciationis ſentencia capitur·cu
ius pars quātalibet ignoratur· Qua propter
exarticoꝝ verborū interpretationes mira ſedu
litate iuſſimus annotari · antiquorūꝫ grama
ticorū orthographiam·proſodyam·ethymolo
gyā· ꝛ dyaſinthesim in concuſſa curioſitate cō
ſiderauim9·terīnoſꝫ vetuſtate nimia caligātes

deſcriptionibꝰ congruis delucidare curauimꝰ quatenus iter planum noſtris ſtudentibus pararemus . Hec eſt ſane ſententia totalis . quare tot gramaticorum antiqua volumina emēdatis codicibꝰ renouare ſtuduimꝰ . vt ſtratas regias ſterneremus quibus ad artes quaſcūqꝫ noſtri futuri ſcolares incederent inoffenſe .

Capi . xiiij . de excuſatiōe poeſis ⁊ vtilitate eꝰdē

Omnia genera machinarum quibus contra poetas ſolius nude veritatis amatores obiciūt . duplici refellūtur vmbone quia vł in obſtena materia gratꝰ cultus ſermonis addiſcitur vł vbi ficta ſed honeſta ſentēcia tractatur naturalis vł hyſtorialis veritas indagatur ſub eloquio tipice fictionis . Quāuis nimirum omēs hoīēs natura ſcire deſiderent . nō tamen omnes delectantur equaliter addiſcere Quinymmo ſtudij labore guſtato et ſenſuum fatigacione percepta . pleriqꝫ nucem abiciunt inconſulte priuſq̄ teſta ſoluta nucleus attigatur . Innatus eſt homini duplex amor . videlicet ꝓpe libertatis i r̄gimine ⁊ aliquātē voluptatis i ope Vn̄ nullꝰ ſine cauſa alieno ſe ſubdit impio vel opus quodcumqꝫ exercet cum tedio ſua ſpōte Delectatio nāqꝫ ꝑficit oꝑatiōēꝫ ſicut pulchritudo iuuentutē ſicut ariſtotiles veriſſīe

dogmatizat x· ethicoꝝ Idcirco prudencia veterꝝ adinuenit remedium quo laſciuum genus huā num caperetur quodammodo pio dolo· dū ſub voluptatis preconio delicata minerua deliteſceret in occulto· Muneribus paruulos ſolemus alli cere· vt illa gratis velint addiſcere· quibꝫ eos vel īuitos intendimus applicare· Non enim na tura corrupta eo impetitur quo prona ſepellit ab vicia tranſmigrat ad virtutes· Hoc enim breui verſiculo nobis declarat oracius· vbi ar tem poeticā tradit dicens· Aut prodeſſe volūt aut delectare poete Hoc idem alio verſu eiuſd libri patēter inſinuat· ita dicens Omne tulit punctū qui miſcuit vtile dulci· Quot euclidis diſcipulos reiecit· Elleſuga quaſi ſcopulus emi nens et abruptus qui nullo ſcolariū ſuffragio ſcandi poſſet durus eſt īquiūt hic ſermo ⁊ q̃s poteſt eum audire· Filius īconſtancie· qui tan dem in aſinum tranſformari volebat· philoſo phie nullatenus forſitā ſtudium dimiſiſſet· ſi eidem contecta voluptatis velamine familiari ter occurriſſꝫ· Sed mox erat homis cathedra ſtupefactus et queſtionibus īfinitis quaſi quo dam fulmine ſubito repercuſſꝰ· nullum prorſꝰ videbat refugium niſi fugam· Hec ī excuſatio nem adduximꝰ poetaꝝ iāqꝫ ſtudētes ītentioē

debita in eiſdem oſtendimus inculpandos Ig
norancia quidem ſoliꝰ vnius vocabuli pregrā
dis ſentencie impedit intellectū · ſicut prorio
capitulo eſt aſſumptum · Cum ergo dicta ſācto
rum poetarum figmentis frequenter alludāt
euenit neceſſe eſt · vt neſcito poemate intro
ducto · tota ipſius auctoris intentio penitus
obſtruatur · Et certe ſicut dicit caſſiodorus li
bro ſuo de inſtitutione diuinarum lrārum · nō
ſunt parua cenſenda ſine quibus magna con
ſtare non poſſunt · Reſtat ergo vt ignoratis
poeſibus ignoretur Ieronimus auguſtinus bo
eciꝰ lactācius ſydonius et pleriqꝫ aliȷ̄ quoꝝ le
tamiā prolixū capitulū non teneret · Venera
bilis beda vero huiuſmodi dubitationis articu
lum diſcuſſione declarauit dilucida ſicut · tea
tat compilator egregius gracianus plurium
repertor auctorum · qui ſicut fuit auarus in
ꝯpilatiōis materia · ſic ꝯfuſus r̄perit̄ i forma
ſcribens diſtinctione triceſiāſeptiā · Turbat
acumē · Seculares lrās q̄dā legūt ad volupta
tē poetaꝝ figmētis et verboꝝ ornatu delectati ·
q̄dā vero ad erudicionē eas addiſcunt vt erro
res gētiliū legēdo deteſtēt̄ ⁊ vtilia q̄ ī eis īue
neūt ad vſū ſacre erudicōis deuoti īuectāt · ta
les laudabilr̄ ſeclares lrās addiſcūt hec beda ·

Hac inſtitutione ſalutifera moniti· ſileant de
trahentes ſtudentibus in poetis ad tempus ·
nec igorantes huiuſmodi cōneſtiētes deſiderēt
quia hoc ſimile eſt ſolacio miſeroꝝ Statuat ſi
bi quiſqꝫ pie intentionis affectum· ⁊ de quacū
qꝫ materia obſeruatis virtutis circumſtācijs
faciat ſtudiū deo gratū Et ſi ī poeta profecerꝫ
quemadmodū magn⁹ maro ſe fatetur in ennio
non amiſit· ¶ Capitulum xiiij· de illis qui pre
cipue deberent libros diligere·

Recolligenti predicta palam eſt ⁊ ꝑſpicuū
qui deberent eſſe librorum precipui dilec
tores · Qui namqꝫ ſapientia magis egent ad
ſui ſtatus officium vtiliter exequendū · hij po
tiſſime ſacris vaſis ſapientie ꝯpenſiorē ꝓcul
dubio exhibere tenētur ſollicitum grati cordis
affectum · Eſt autem ſapientis officiū bene or
dinare et alios ⁊ ſeipſū · ſecūdum phebum phi
loſophoꝝ ariſtotulem prohemio methaphiſice
qui nec fallit nec fallitur in humanis Quaꝓpt̄
principes ⁊ p̄lati iudices ⁊ doctores ⁊ quicū
qꝫ reipublice directores · ſicut pre alijs ſapien
cia opus habent · ita pre alijs vaſoꝝ ſapiencie
zelum debent habere Philoſophiā nimirum cō
ſpexit boecius ī ſiniſtra quidem ſceptꝝ ⁊ in dex
tra libros geſtantem p quod vniuerſis euidēt

oſtenditur nullum poſſe rempublicam debite r̄
gere ſine libris Tu inquit boecius loquēs phi
loſophie. hanc ſentenciam platōis ore ſanxiſti
beatas fore reſpublicas ſi eas vel ſtudioſi ſapi
encie regerent vel eorum r̄ctores ſtudere ſapi
encie contigiſſet Rurſus hoc nobis īſinuat ip
ſe geſtus ymaginis . q͛ q̄to dextra ſiniſtrā p̄
cellit . tanto contemplatiua vita dignior ē ac
tiua ſimulq; ſapientis intereſſe monſtratur .
nunc ſtudio veritatis nūc diſpenſationi tem
poralium indulgere viciſſi . Philippum legi
mus diis regraciatum deuote q͛ allexandro cō
ceſſerant temporibus ariſtotilis eſſe natum.
cuius inſtructione educatus regni paterni mo
deramine dignus eſſet dū pheton ignarus re
giminis fit currus auriga paterni. Nunc vici
nitate nimia nunc remota diſtancia mortalib;
eſtum phebus infeliciter amminiſtrat . ac ne
omnes periclitarentur ſubiecti . pro iniquo r̄
gimine iuſte meruit fulminari . Referunt tā
grecorum q̄ latinorum hyſtorie . q͛ nobiles ī
ter eos principes non fuerunt qui litterarum
pericia caruerunt . Sacra lex moyſayca . p̄
ſcribens regi regulam per quam regat . librū
legis diuine ſibi p̄cipit habere deſcriptum. deu
tronomii decimoſeptio . ſecundum exemplar a

ſacerdotibus exhibendum in quo ſibi legendū
eſſet omnibus diebus vite ſue. Sane labilita
tem humane memorie et inſtabilitatem virtu
oſe voluntatis in homine . ſatis nouerat deus
ipſe qui condidit. qui ⁊ fingit cotidie corda ho
minum ſingillatim Quāobrem quaſi omnium
maloꝝ antidotum voluit eſſe librum. cuius lec
tionem et vſū tamquam ſaluberrimū ſpiritus
alimentum cotidianū iugiter eſſe iuſſit . quo
refocillatus ītellectus. nec eneruis nec dubius
trepidaret vllatenus ī agendis Iſtud elegant̄
iohannes ſateſburiēſis ꝑtractat ī ſuo policra
ticō. libro quarto Cetm̄ omne genus hominū
qui tonſura vł nomine clericali prefulgent. cō
tra quos libri quarto quinto ⁊ ſexto capitulis
querebantur libris tenentur veneratioē pape
famłari. ¶ Capitulū xv . de multiplici effectu
ſciencie que in libris continetur

Humanum excedit ingeniū q̄tūcūq; de fō
te pegaſeo potatū. inſtantis capituli titu
lum explicare ꝑfecte. Si linguis hominum et
āgeloꝝ quis loquatur ſi ī mercuriū transfor
metur aut tuliū. ſi dulceſcat titiliuꝫ eloquē
cia lactea ſi demoſtenis ſuauitate peroret aut
moyſi balbuciem allegabit . vel cū iheremia ſe
puerum neſcientē confitebitur adhuc loqui vł

ymitabitur reſonantem in montib⁹ altis echo·
Amorem namqꝫ librorum · amorem ſapiencie
conſtat eſſe ſicut ſecundo capitulo eſt probatū
Hic autē amor philoſophia greco vocabulo nū
cupatur · cuius virtutem nulla comprehendit
creata intelligencia· quoniam creditur omniū
bonorum mater eſſe ſapiencie ſeptīo Eſtus q̄ꝑ
pe carnalium viciorꝫ quaſi celicus ros extīguit
dū motus intenſus virtutū animalium · vires
naturalium virtutū remittit · ocio penitus ef
fugato· quo ſublato perierunt cupidinis arc⁹
om̄s · Hinc plato in fedrone In hoc īquit ma
nifeſtus eſt ph̄us ſi abſoluit animam a corꝑis
differēciis aliis hominibus· Ama inquit Jhe
ronim⁹ ſcienciam ſcripturarꝫ · et carnis vicia
non amabis Demōſtrauit hoc zenocrates dei
formis in conſtancia rationis quem nobilem
ſtopcum phime nomine ſtatuam diffiniuit nō
hominem cum nullus valeret eū illecebris eui
rare quemadmodū valerius libro quarto ca·
tercio plene refert· Hoc ipſum nr̄ origenes oſ
tendit qui ne eū ab omipotenti femina effemi
nare cōtigeret vtriuſqꝫ ſexus mediū ꝑ abnega
tionē extreōꝝ elegit Aimoſū q̄ꝑpe r̄mediū nec
nature tamē ꝯſentaneū nec v̄tuti Cui⁹ ē hoīem
nō īſēſibilē facere paſſionū ſꝫ ſub certas a forte

cationis enecare mucrone ſRurſus mūdana et
pecunias ꝑuipendunt·quotquot amor affecit
librorꝫ· dicente iheronimo ad vigilanciū eplā
liiij· Nō eſt eiuſdem hominis aureos nūmos
et ſcripturas probare · Vnde a quodam metri
ce ſic dictū eſt· Nulla libris erit apta manus
ferrugiē tincta Nec nūmata queunt corda va
care libris Nūmipete cum libricolis nequeūt
ſimul eſſe · Ambos crede michi non tenet vna
domus· Nullus ergo poteſt mām̄one et libris
ſeruire· Viciorum deformitas ī libris maxime
reprobatur· vt īde dicatur omnimode vicia de
teſtari·qui libros dilexeīt perſcrutari Demō
qui a ſciencia nomen habet·per librorꝫ ſcienci
am potiſſime triūphatur · cuius fraudes mul
tipliciter flexuoſe·milleqꝫ pnicioſi meandri ꝑ
libros panduntur legentibus·ne ſe tranſfigu
rans in angelū lucis·dolis circūueniat īnocen
tes Diuina nobis per libros reuerentia reuela
tur virtutes quibus colitur· ꝯpalātur expreſſi
us·atqꝫ merces deſcribitur quam que nec fal
lit nec fallitur veritas pollicetur·ymago ſimili
ma future beatitudīs eſt ſacrarū cōtemplatio
litterarꝫ·in quibus nunc creator nūc creatura
conſpicitur · ac de torrēte ꝑpetue iocunditatis
hauritur fides fūdatur potencia litterarꝫ·ſpes

librorum ſolatio confirmatur · vt per pacien
ciam et conſolationem ſcripturarum ſpem ha
beamus· Caritas non inflatur ſed edificatur ꝑ
verarum litterarum noticiam · ymmo ſuper li
bros ſacros conſtat luce clarius eccleſiā ſtabi
litā · Delectant libri proſperitate feliciter ar
ridente · conſolantur indiuidue nubila fortuā
terrente pactis humanis robur attribuunt ·
nec feruntur ſentencie graues ſine libris · Ar
tes et ſciencie conſiſtunt ī libris · quorum emo
lumenta nulla mens ſufficeret enarrare · Quā
tipendenda eſt mira librorum potencia · dū ꝑ
eos fines tam orbis ꝙ temporis cernimus ⁊ ea
que nō ſunt tamꝙ̄ ea que ſunt quaſi in quodā
eternitatis ſpeculo contemplamur · Mōtes ſcā
dimus ⁊ abiſſoꝝ voragines in libris perſcruta
mur Species piſciū quos comunis aer nequa
ꝙ̄ ſalubriter continet intuemur Codicibus flu
uioꝝ et fonciū ⁊ diuerſaꝝ terrarū ꝓpetates diſ
tiguimꝰ · metallorū atqꝫ gemmarū genera ⁊
minere cuiuſqꝫ materias de libris effodimus ·
herbaꝝqꝫ vires arboꝝ et plantaꝝ ꝓleqꝫ totā ꝓ
libitu cernimꝰ neptuī cereris ⁊ plutonis · ꝙ ſi
nos celicolas viſitare delcāt · ſuppeditātes tauꝝ
caucaſū et olipū · iouis regna trāſcēdimꝰ ⁊ ſen
tē territoria planētaꝝ funiculꝭ ⁊ circulis emetiꝛ̄

Ipſũ tandem firmamentũ ſupremum· ſignis ğ
dibus ⁊ ymaginibꝫ varietate maxima decora
tũ luſtramus Ibi polũ antarticum· quem nec
oculus vidit nec auris audiuit inſpicimus·luĩ
noſũ iter galaxie et animalibus celeſtib⁹ pic
turatũ zodiacum ·delectabili iocunditate mira
mur Hinc per libros ad ſepatas tranſim⁹ ſub
ſtancias· et vt cognatas intelligencias ĩtellec
tus ſalutet ·primamqꝫ cauſam omniũ aut mo
torem immobilẽ ĩfinite virtutis oculo mentis
cernat et amore ĩhereat ſine fine ·Ecce per li
bros adducti beatitudinis noſtre mercedẽ at
tigimus dum adhuc exiſtim⁹ viatores· Quid
plura Procul dubio ſicut ſeneca docẽte octoge
ſimaquarta epiſtola que ĩcipit de ſij· iam de te
eſſe ſollicitus dicimus ·ociũ ſine litteris mors
eſt·⁊ viui hominis ſepultura· Ita reuera a ſen
ſu contrario litterarũ ſeu librorũ negocium cõ
cludimus eſſe vitam·Rurſus per libros tam a
micis q̃ꝫ hoſtibus intimam⁹ que nequaq̃ꝫ ſecu
re nũcijs cõmendamus Quoniam libro plerũ
qꝫ ad principum thalamos ĩgreſſus cõceditur
quo repelleretur penit⁹ vox auctoris ſicut ter
tullianus in pñcipio apologetici ſui dicit· Car
ceribus ⁊ vinculis cuſtodita ad emptaqꝫ peni
tus corporis libertate·librorum legacionibus

vtimur ad amicos eiſq; cauſas noſtras expe
diendas committimus. quo nobis fieret cauſa
mortis acceſſus per libros preteritorum remi
niſcimur. de futuris quodammō prophetamꝰ
preſentia que labuntur et fluunt ſcripture me
moria ſtabilimus. Felix ſtudioſitas et ſtudi
oſa felicitas p̄potentis eunuchi de quo actuum
octauo narratur. quem amor prophetice lecti
onis accenderat tam ardenter ꝙ nec ratione
itineris a lectione ceſſaret. Regine canda
cis proplaſam obliuioni tradiderat. gazas
quibus p̄erat a cura cordis ſemouerat. ⁊ tam
iter ꝙ̄ currū quo ferebatᷣ neglexerat. Solus
amor libri totum ſibi vendicauerat domiciliū
caſtitatis Quo mō diſponente. mox fidei ianu
am meruit introire. O graciosus amor libro
rum qui gehenne filium et alumpnum tartari
per baptiſmalem graciam filium fecit regni.
Ceſſ; iam ſtilus impotens infiniti negocij con
ſummare tenorem. ne videatur aggredi teme
re quod in principio fatebatur impoſſibile cui
ꝙ̄ eſſe ¶ Capitulū xvi. de libris nouis ſcriben
dis et antiquis reparandis.

Sicut neceſſarium eſt reipublice pugna
turis militibus arma prouidere milita
ria. Et congeſtas victualium copias

ꝑparare ſic eccleſie militanti contra paganoꝝ
et hereticorum īſultus. opere precium conſtat
eſſe librorū ſanoꝝ multitudine cōmuniri. Veꝝ
quia omne quod ſeruit mortalibꝫ. per lapſum
temporis mortalitatis diſpendia patitur. ne
ceſſe eſt vetuſtate tabefacta volumina īnouatis
ſucceſſoribus inſtaurari. vt ꝑpetuitas que re
pugnat nature īdiuidui cōcedatur ſpeciei. Hīc
eſt quod ſignanter dicit eccleſiaſtes. faciendi
plures libros nullꝰ ē finis. Sicut enim librorū
corpora ex contrarioꝝ cōmixtione cōpacta ſue
compoſitionis cōtinuū ſentiūt detrimentum.
ſic per prudenciam clericorū ē repiri remediū
per quod liber ſacer ſoluens nature debitū he
reditariū obtineat ſubſtitutum et ſimile ſemē
ſacri ſacro mortuo ſuſcitetur. verificeturqꝫ ſta
tī illud eccleſiaſtici xxx. mortuus eſt pater illi
us. et quaſi non eſt mortuus. ſimilem enim re
liquit poſt ſe filiū Sunt ergo tranſſcriptores
veterum quaſi quidam ꝑpagatores recentiū fi
lioꝝ. ad quos paternum deuoluatur officium ne
municipiū minuatur. Sane huiuſmodi tranſ
ſcriptores antiquarij nominantur quoꝝ ſtudi
a inter ea que cōplentur labore corporeo plini
us ſibi placere confitetur. de inſtitutione diuiā
rum litterarum iij. capitulo ita ſubdens Felix

ſinquit ſciencia · laudanda ſedulitas manu ho
minibus predicare · lingwas digitis aperire ·
ſalutem mortalibus tacitum dare · et contra di
aboli temptationes illicitas calamo et atramen
to pugnare · Hec ille · Porro ſcriptoris officiū
ſaluator exercuit · dum inclinans ſe deorſum di
gito ſcribebat in terra Johannis octauo · vt nl
lus quantūcumqȝ nobilis dedignetur hoc face
re · quod ſapienciam dei patris intuetur feciſ
ſe O ſcripture ſerenitas ſingularis ad cuius fa
bricā inclinatur artifex orbis terre · i cuius tre
mendo nomine flectitur ōne genu · O venerā
dum artificiū ſingulariter pre cūctis praxibȝ ·
que hominis manu fiūt · cui pectus dominicū i
curuatur humiliter · cui digitꝰ dei applicat̄ vice
calami fictus · Ceterꝝ dei filiū vel araſſe texuiſ
ſe vel fodiſſe non legimus · nec quidqꝫ aliud
de mechanicis decebat diuinam ſapienciā huā
natā · niſi ſcribendo litteras exarare vt diſcat
quilibȝ generoſus aut ſciolꝰ qꝫ hominibꝰ digi
ti tribuūtur ad ſcribendi negocium pocius qꝫ
ad bellum · Unde librorum ſentenciam approba
mus qua clericum inertem ſcripture · cēſuerūt
quodammō mancum fore · Capitulo ſexto ſup
Scribit iuſtos in libro viuencium deus ipſe ·
lapideas quidem tabulas digito dei ſcriptas

moyſes accepit Scribat librum qui iudicat.
Job proclamat. digitos ſcribentis in pariete.
mane. techel. phares. balthſaar tremēs vidit
danielis quinto. Ego inquit iheremias ſcribe
bam in volumine atramento iheremie xxxvi.
Quod vides ſcribe ī libro. xpūs iohanni caro
ſuo precepit apocalipſis primo Sic yſaye. ſic
ioſue officiū ſcriptoris īiūgit vt tā art⁹ ꝙ pe
ricia futuris in poſterū emendetur In veſtime
to ⁊ ī femore ſcriptū habet rex regū et domin⁹
dominanciū xpūs ipſe. vt ſine ſcriptura neq̄
at apparere pfectū omnipotentis regiū orna
mentū. Defuncti docere non deſinūt qui ſacre
ſciencie libros ſcribunt. Plus paulus ſcriben
do ſacras epiſtolas eccleſie profuit fabricāde
ꝙ gentibus et iudeis ewangelizādo ſermone.
Nempe per libros cotidie cōtinuat cōprehen
ſor. quod olim incerta poſitus īchoauit viator
Sicqꝫ verificatur de doctoribus libros ſcriben
tibꝫ ſermo propheticus. danielis xii. Qui ad
iuſticiam erudiūt multos. erunt quaſi ſtelle ī
ppetuas eternitates Porro ſollicitudine anti
quorū priuſꝙ deus originalem mūdum catha
cliſmo dilueret. aſſcribendam miraculo nō na
ture catholici decreuere doctores. vt deus tantū
eis vite concederet. quātū reperiēdis et ī libris

ſcribendis ſcienciis conueniret. Inter quas aſ
tronomie miranda diuerſitas vt experimēta
liter viſui ſubderetur ſexcentorum annorum p
iodum ſecundum ioſephum requirebat. Verū
tamen non abnuūt. quin terrenaſcencia illius
temporis primitiui vtilius alimentum preſta
rent mortalibus q̄ꝫ moderni. quo dabatur nō
ſolum hilaricie corporis endelechia. ſed eciam
diuturnicie florens etas. Ad quam nō modicū
contulit quod virtuti viuebant omnimode. re
ſecato ſuperfluo voluptatis. Igitur quiſquis
dei munere es ditatus iuxta conſilium ſpiritus
ſancti eccleſiaſtici xxxviij. ſapienciam ſcribe
in tempore vacuitatis vt ad ꝑmium tibi cū be
atis et ſpaciū augeatur etatis. Cetm ſi ad mū
di principes diuertam⁹ ſermonem. īpatores
egregios inuenim⁹ nō ſolū artis ſcribendi pici
a floruiſſe. ſed ⁊ ipi⁹ opi plurimū indulſiſſe.
Julius ceſar prim⁹ oīm ⁊ tēpore et v̄tute ↄmē
tarios r̄liq̄t tā belli gallici q̄ꝫ ciuilis. a ſemet
ip̄o ↄſcriptos Itē de analogia duos libros et
āthicathones totidē ⁊ poema q̊d īſcribit iter
Et opuſcula alia m̄lta fecit vt tā iuli⁹ q̄ꝫ aug⁹
tus cautelas ſcribēdi lrāꝫ occultaret. Nā iuli⁹
q̄rtā lrāꝫ poſuit loco p̄ē ⁊ ſic deinceps alphabetū
expēdit auguſt⁹ v̄eo ſcdaꝫ ꝓ p̄ā ⁊ ꝓ ſcdā tciā

et ita deinceps vſus fuit Hic in mutinēſi bello
i maxima mole rerū. cotidie ⁊ legiſſe et ſcrip
ſiſſe traditur ac eciam declamaſſe. Tiberius
liricū carmen ſcripſit ⁊ poemata quedā greca.
Claudius ſimiliter tā greci ꝙ̄ latini ſermonis
peritus. varios libellos fecit. Sed pre alijs et
hijs titus i ſcribendi pericia floruit. qui cuiuſ
cū3 volebat litteram mutuauit facilime. vnde
ſe fatebatur falſariū maximū ſi libuiſſet. fieri
potuiſſe Hec omnia ſuetonius de vita duodecī
ceſarꝝ annotauit ¶ Capitulū xvij de libris mū
de tractandis et collocandis.

Non ſolū deo preſtamus obſequiū nouorꝝ li
brorum ꝑparando volumina. ſ3 ⁊ ſacrate
pietatis exercemus officiū. ſi eoſdē nunc illeſe
tractem⁹. nūc locis ydoneis redditos illibate
cuſtodie cōmendemus. vt gaudeant puritate
dum habentur in manibus et requieſcāt ſecure
dum i ſuis cubilib3 recōduntur. Nimirum poſt
veſtes ⁊ vaſcula corpori dedicata dominico. ſa
cri libri merentur a clericis honeſtius contrec
tari. q̄ tociēs eos preſumūt attīgere manu fe
da. ꝙobrē exhortari ſtudētes ſup negligēcijs
varijs reputam⁹ expediens que mutari facili
ter ſemper poſſēt ⁊ mirabiliter libris nocent
In primis quidem circa claudenda ⁊ apienda

volumina ſic matura modeſtia . vt nec pre-
pita feſtinatione ſoluātur nec inſpectione fini
ta ſine clauſura debita dimittantur . Longe nā
qꝫ diligencius librum . q̄̄ꝫ calceum conuenit cō
ſeruari . Eſt enim ſcolarium gens ꝑperam e
ducata comuniter et niſi maiorum r̄egulis r̄fre
nentur infrunitis inſcicijs inſoleſcat . Agunt̄
petulancia preſumptione tumeſcunt . de ſingu
lis iudicant tamq̄̄ꝫ certi cum ſint in omnibus
inexperti . Videbis fortaſſe iuuenem ceruico
ſum in ſtudio ſegniter reſidentem . Et dum y
berno tempore hyems alget . naſus irriguus
frigore comprimēte diſtillat . nec prius ſe dig
natur emūctorio tergere q̄̄ꝫ ſubiectū librū ma
defecerit turpi rore . Cui vtinā loco codicis co
riū ſubderetur ſutoris . Vnguē habet ſimo fetē
te refertum giganti ſimilimū . quo placentis
materie ſignat locū . Paleas diſpartitur in
numeras . quas diuerſis in locis collocat eui
denter . vt feſtuca reducat . quod memoria nō
retentat . Hec palee quia nec venter libri di
gerit nec quiſq̄̄ꝫ eas extahit ꝑmo quidē librū
a ſolita iūctura diſtendūt et tādē negligenter
obliuioni cōmiſſe putreſcunt . Fructus ⁊ caſeū
ſuper libꝝ expanſū nō veret̄ ꝯmedere atqꝫ cy
phū hinc īde diſſolute trāſferre . Et q̄a nō habꝫ

elemoſinaꝝ ſacculum ꝑparatū · in libris dimit
tit reliquias fragmentoꝝ Garrulitate cōtinu
a ſociis oblatrare non deſinit· ⁊ dū multitudiē
rationū adducat a ſenſu phiſico vacuaꝝ· librū
in gremio ſub expanſū humectat ſpargine ſali
uaꝝ Quid plura· ſtatī duplicatis cubitis recli
natur in codicem· et per breue ſtudiū ſoporem
īuitat prolixū· ac ꝓ reparandis rugis limbos
replicat folioꝝ· ad libri non modicū detrimen
tum Jam ymber abiit ⁊ receſſit· et flores appa
ruerunt in terra noſtra· tūc ſcolaris quem de
ſcribimꝰ libroꝝ neglector pocius q̄ īſpector ·
viola primula atq; roſa necnon quadrifolio·
farciet librū ſuū Tūc manus aquoſas et ſtatē
tes ſudore voluēdis voluminib; applicabit· tūc
puluerulentis vndiq; cyrotecis incādidam mē
branā īpinget · ⁊ indice veteri pelle veſtito ve
nabitur paginam lineatā Tūc ad pulicis mor
dētis aculeū ſacer liber obicitur qui tamen vix
clauditur īfra menſem· Sicq; pulueribꝫ ītro
iectis tumeſcit q̄ claudentis īſtancie non obe
dit· ſūt aūt ſpecialiter cohercēdi a ↄtractiōe li
broꝝ iuuenes impudētes qui cū litterarū figu
ras effigiare didicerint· mox pulcherrimorū
voluminū ſi copia ↄcedatur īcipiūt fieri gloſa
tores incōgrui et vbi largiorem marginē circa

textum perſpexerint . monſtruoſe apparitant
alphabetū . Vel aliud friuolum qualecūqȝ q̄d
ymaginatiōi occurrit incaſtigatꝰ calamꝰ ꝓ
tinꝰ exarare preſumit Ibi latiniſta ibi ſophiſ
ta . ibi quilibet ſcriba indoctus aptitudinem
peñne probat quod formoſiſſimis codicibus
quo ad vſum ⁊ precium creberrime vidimꝰ of
fuiſſe . Sunt iterꝝ fures quidam libros enor
miter detruncātes qui pro epiſtolarum cartis
cedulas laterales abſcindunt . littera ſola ſal
ua . vel finalia folia que ad libri cuſtodiam di
mittuntur ad varios vſus ⁊ abvſus aſſumunt
quod genꝰ ſacrilegij ſub interminatione ana
thematis prohiberi deberet . Conuenit autem
proſus ſcolariū honeſtati vt quociens . ad ſtu
diū a refectione reditur precedat omnino locio
lectionē ne digitus ſagimine delibutus aut ſig
nacula libri ſoluat aut folia prius voluat . Pu
erulꝰ aūt lacrimoſꝰ capitaliū lr̄aꝝ nō admire
t̄ ymagines ne manū fluida polluat ꝑgamenū
Tāgit enī illico q̄dq̄d vidꝫ . porro layci q̄ libꝝ
eq̄ ꝯſpiciūt reſupine tn̄ſūſū ſicut ſerie nāli expā
ſū oī librorꝝ ꝯmuīoē peitꝰ ſūt īdigni Hoc etiā
clericꝰ diſpoāt vt olens ab olł lixa cinereꝰ li
brorꝝ folia nō ꝯtigat illotꝰ ſꝫ q̄ īgredit̄ ſine ma
cła ꝓcioſ codicibꝫ miniſtrabit . ꝯferrꝫ āt plimū tā

libris q̃ ſcolarib; manuū honeſtaꝝ mūdicia ·
ſi non eſſent ſcabies et puſtule · caracteres cle
ricales · Librorum defectib; quociens aduertū
tur eſt ocius ocurrendū · quoniā nichil gran
deſcat cicius q̃ ſciſſura · et fractura que ad tē
pus negligitur reparabitur poſtea cū vſura De
libroꝝ armarijs mundiſſime fabricandis vbi
ab omni leſione ſeruentur ſecuri · moyſes mitiſ
ſimus nos informat deuteronomij xxi · Tollite
inquit librū iſtū et ponite eū in latere arche fe
deris domini dei veſtri · O locus ydoneus et bi
bliotheca cōueniens · que de lignis cethim i
putribilib; facta fuit · auroq; per totū īterius
⁊ exterius circūtecta · Sed ⁊ omnem īhoneſta
tis negligenciam circa libros tractandos ſuo
ſaluator excluſit exēplo · ſicut legitur luce iiij ·
Cū enim ſcripturam ꝓpheticā de ſe ſcriptam
in libro tradito perlegiſſ; · non prius librum
miniſtro reſtituit q̃ eūdem ſuis ſacratiſſimis
manib; plicuiſſet · Quo facto ſtudētes docētur
clariſſime circa libroꝝ cuſtodiam q̃tūcūq; mi
nima negligi non debere ¶ Capitulū xviij · auc
tor contra ſuos detractores ·

Nichil iniquius i humanis ꝑpenditur · q̃
q̃ ea que gerūtur iuſtiſſime · malignoꝝ
obloquijs peruertūtur · Et inde reportat quis

famam criminis. Vnde magis meruit ſpeciem
honoris. Paulo ſimplici perpetrantur pluriā
nec ſiniſtra dextre ſe commiſcet. Nullo fermē
to maſſa corrumpitur neqꝫ veſtis ex lino lana
qꝫ cōtexitur. Peruerſorū tamen preſtigijs o
pus piū mendaciter tranſformatur in monſtꝝ
Hec eſt nimirum peccatricis anime reproban
da condicio. ꝙ non ſolum in factis moraliter
dubijs pro peiore ſentenciat. ymmo frequēter
illa que ſpeciē boni habent nequiciosa ſubuerſi
one deprauat. Q̄uis enim amor librorum ex
obiecti natura preferat honeſtatem. miro ta
men modo obnoxios nos effecit iudicijs plu
rimorum. quorꝝ admirationibus obtrectati
nūc de curioſitate ſuperflua nūc de cupiditate
in illa dūtaxat materia nūc de vanitatis appa
rēcia nūc de voluptatis intemperancia circa lit
teras notabamur. Quorū reuera vituperijs nō
plus ꝙ̄ caniculorꝝ latratibꝰ mouebamur. illiꝰ
ſolius teſtimonio contentati. ad quē renes et
corda pertinet perſcrutari. Cū enī volūtatis ſe
crete finalis intēcio homines lateat. cordium ī
ſpectori pernicioſe temeritatis merentur redar
gui qui humanis actibus quorum non vident
fōtale principium epygrama tā faciliter ſuper
ſcribūt ſiniſtrū. Finis enī ſe habet ī operabilibꝫ

ſicut principia in ſpeculatiuis vł ſuppoēs ī ma
thematicis· teſte philoſophorū principe vij e
thicoꝝ· Qua ꝓpter ſicut ex principiorū euiden
tia cōcluſionis veritas declaratur· ita plerūqꝫ
in agibilibꝫ ex honeſti finis ītentione bonitas
moralis in opere ſigillatur vbi alias opꝰ ipſū
iudicari deberet īdifferens quo ad mores Nos
aūt abolim in precordijs mentis noſtre ꝓpoſi
tū geſſimus radicatū quatenus oportunis tem
poribꝰ exſpectatis diuinitus aulam quādam
in reuēnda vniuerſitate oxonienſi omniū arci
um liberaliū nutrice precipua· in ꝑpetuam ele
moſinam fūdaremus neceſſarijſqꝫ redditibus
ditaremus· quam numeroſis ſcolaribꝫ occupa
tam noſtroꝝ librorū localibꝫ ſuꝑditaremus· vt
ipſi libri et ſinguli eorūdem comunes fierēt q̄
tū ad vſū ꝛ ſtudiū non ſolū ſcolaribus aule tac
te ſed ꝑ eos omnibus vniuerſitatis predicte
ſtudentibus ī eternū· ſecūdū modum et formā
quā ſequēs capitulū declarabit Qua ꝓpter ſin
cerus amor ſtudij zeluſqꝫ orthodoxe fidei ad e
dificationem eccleſie cōfirmande · pepererunt
in nobis ſollicitudinem hanc ſtupēdam nūmi
colis vt collectos codices vndecūqꝫ venales neg
lectis ſūptibus emeremus· et qui venūdari nō
debebant· tranſſcribi honeſtius faceremus· cū

enī delectationes hoīminū ex diſpoſitione cor
porum celeſtiū · cui mixtorum ꝯplexio frequē
ter obedit · diuerſimode diſtinguātur · vt hij
in architectura · illi in agricultura hij in vena
tionibꝫ · illi in nauigationibꝰ · hij in bellis illi
in ludis eligant conuerſari · Cecidit circa noſ
tre mercurialis ſpecies voluptatis hoēſte · quā
ex recte rationis arbitrio cuiꝰ nulla ſidera do
minantur imperio · in honorem ordinauimus
maieſtatis ſupreme · vt vnde mēs noſtra trā
quillitatem reperit requiei · inde deuotiſſime
creſceret cultus dei Quamobrē deſināt obtrec
tātes ſicut ceci de coloribꝫ iudicare Veſpertilio
nes de luce diſceptare nō audeant · atqꝫ trabes
geſtātes in oculis ꝓprijs alienas feſtucas erue
re nō ꝓſumant · Ceſſent commentis ſatiricis
ſuggillare que neſciunt ⁊ occulta diſcutere que
humanis experiencijs non pateſcunt · Qui
nos fortaſſis affectu ꝯmēdaſſent beniuolo · ſi
ferarū venatui alearumqꝫ luſui · dominarū ap
plauſui vacaſſemus Capi · xix · de ordiātioē
ꝓuida qualiter libri extraneis ꝯcedantur

Difficile fuit ſēp ſic homiēs limitare legibꝫ
honeſtatis · qn̄ aſtucia ſucceſſorꝫ termiōs
niteret̄ ꝓcedēcū tn̄ſiliē ⁊ ſtatutas īfrigē rglās
inſollēcia libertatis · Q̄obrē de prudētū conſilio

certū modum preſiximus per quem ad vtilita
tem ſtudenciū· libroꝝ noſtrorū cōmunicationē
et vſum volum⁹ deuenire · In primis enim li
bros omnes et ſingulos de quibꝫ cathalogum
fecimus ſpecialem· cōcedimus et donauim⁹ in
tuitu caritatis comitati ſcolariū in aula oxoni
enſi degentiū· i ꝑpetuam elemoſinā ꝓ anima
noſtra et parentū noſtroꝝ necnō pro anima il
luſtriſſimi regis anglie eduardi tercij poſt cō
queſtum· et deuotiſſime domine regine philip
pe conſortis eiuſdem · vt ijdē libri omnibꝫ et
ſingulis vniuerſitatis dicte ville ſcolaribus ⁊
magiſtris tā regularibus q̄ ſecularibus cōmo
dentur pro tempore ad ꝑfectū ⁊ vſum ſtudēti·
iuxta modum quem īmediate ſubiūgimus qui
eſt talis· Quinqꝫ de ſcolaribus in aula prefata
cōmorantibus aſſignentur per eiuſdē aule ma
giſtrū · quibꝫ libroꝝ cuſtodia deputetur De q̄
bus quinqꝫ ꝑſonis tres ⁊ nullaten⁹ pauciores
librum vel libros ad īſpectionem et vſum dun
taxat ſtudij valeant cōmodare · ad copiandū
vero ⁊ tranſſcribendū ·nullū librum volumus
extra ſepta domus ꝯcedi · Igitur cū ſcolaris q̄
cūqꝫ ſecularis vel r̄ligioſus quos in preſenti fa
uore ad paria iudicamus· librū aliquem cōmo
dandū petuerit·ꝯſiderent diligēter cuſtodes

an librum talem habuerint duplicatū Et si sic
commodent ei librum caucōe recepta que libꝝ
traditum in valore transcendat iudicio eorū
fiatqꝫ statim tā de caucione ꝙ de libro commo
dato memorialis scriptura continens nomina
personarum que librum tradunt et illius qui
recipit · cum die et anno domini quo cōtingit
fieri commodatū · Si vero custodes inuenerīt
ꝙ ille liber qui petitur duplicatus non fuerit·
talem librum nō commodent cuicumqꝫ nisi fu
erit de comitiua scolarium dicte aule· nisi forte
ad inspectionem infra septa domus vel aule
predicte · sed non ad vlterius deferendum· Sco
lari vero cuilibꝫ predicte aule liber quicūqꝫ ꝑ
tres de predictis custodibus valeat cōmodari
nomine tamen suo cū die quo librum recipit · ꝯ
mitus ānotato Nec tamē ipse possit librum si
bi traditum altri cōmodari nisi de assensu tri
um de custodibus supradictis et tunc dileto no
mine primi nomen secūdi cū tempore traditio
nis scribatur· Ad hec omnia obseruādū custo
des singuli fidē ꝑstēt · quādo eis custodia hui⁹
moī deputatᷣ · Recipiētes aūt libꝝ ꝉ libros ibidē
iurābūt · ꝙ eū ꝉ eos ad aliū vsū ñ ad īspectōꝫ ꝉ
studiū nullaten⁹ applicabūt · ꝙqꝫ illū ꝉ illos ex
tra villā oxoniēsē cū suburbio · nec deferēt nec

deferri permittent. Singulis autem annis compotum reddent predicti custodes magistro domus et duobus quos secum duxerit de suis scolaribus assumendum. vel si eidem non vacauerit tres deputet inspectores alios a custodibus qui librorum cathalogum perlegentes videant quod omnes habeant vel in voluminibus propriis vel salte per cautiones presentes. Ad hunc eciam compotum per soluendum tempus credimus oportunius a kalendis iunij vsque ad festum sequens gloriosissimi martiris sancti thome. Hoc autem omnino adicimus quod quilibet cui liber aliquis fuerit commodatus. semel in anno librum presentet custodibus et suam si voluerit videat cautionem. Porro si contingit fortuitu per mortem furtum fraudem vel incuriam librum perdi. ille qui perdiderit vel eiusdem procurator. seu eciam executor precium libri soluat et eiusdem recipiat cautionem. quod si qua literarumque custodibus ipsis lucrum euenerit. in nichil aliud quam in librorum reparationem et subsidium conuertatur. Capitulum xx. auctor petit orationes et notabiliter docet orare studentes.

Tempus iam efflagitat terminare tractatum quem de amore librorum compegimus in quo contemporaneorum nostrorum admirationibus de eo quod tantum libros dileximus rationem

reddere nisi ſumus · Uerum quia vix datur ali
quid operari mortalib⁹ quod nullius pulvere
aspergatur vanitatis · ſtudioſū amorem quem
ita diuturnū ad libros habuimus iuſtificare pe
nitus non audemus quin fuerit forſitā nobis
quādoq; occaſio alicuius negligētie venialis ·
q̄uis amoris materia ſit honeſta ⁊ intēcio re
gulata Si nāq; cū omnia fecerimus · ſeruos
nos inutiles dicere teneamur ſi iob ſanctiſſi⁹
ſua opera omnia verebatur · ſi iuxta yſayam q̄
ſi pannus menſtruate omnes ſunt iuſticie noſ
tre quis de perfectione cuiuſcūq; virtutis p̄ſu
mat iactare · quin ex aliqua circūſtancia vale
at rēphendi · que forſitā a ſeipo nō poterat de
prehendi Bonū eni ex integris cauſ · malum
autē oīfarie · ſicut dionisius de diuis noibus
nos iformat · q̄obrē in noſtrarū iniquitatum
remediū quib; nos oīm creatorē crebrius offen
diſſe cognoſci⁹ orōnū ſuffragia petituri ſtudē
tes noſtros futuros dignū duxi⁹ exhortari · q̄
ten⁹ ſic tā nobis q̄ aliis eorūdē futuris bnfac
torib⁹ ſiant grati · q̄ bnficiorz nrōrū puidēci
am ſpiritualib; retributioib; rcōpēſēt Uiua⁹ i
eorū meōriis fuerati · q̄ i nris vixerūt beniuo
lēciis nōdū nati · nriſz nūc viuūt bnficiis ſuſ
tētati · Clemenciā rdēptoris implorēt iſtāciis

indefeſſis· quatenus negligencijs noſtris par
cat· peccatorū reatibus pius iudex indulgeat·
lapſus noſtre fragilitatis pallio pietatis ope
riat· et offenſas quas ⁊ pudet ⁊ penitet cōmi
ſiſſe benignitate diuina remittat· Conſeruet in
nobis ad ſufficiens ſpaciū penitendi ſuaꝝ mu
nera graciarum fidei firmitatem· ſpei ſublimi
tatem· et ad homines latiſſimam caritatem·
Flectat ſupbum arbitriū ad culparū ſuarū la
mentū· vt deploret tranſactas elationes va
niſſimas· et retractet īdignationes amariſſi
mas ac delectationes inſaniſſimas deteſtetur
Vigeat ſua virtus ī nobis cū noſtra defecerit
et qui noſtrū ingreſſū ſacro baptiſmate conſe
crauit gratuito· noſtrū proceſſum ad ſtatū a
poſtolicum ſublimauit· Vacetur a noſtro ſpiri
tu amor carnis· euaneſcat penitus metus mor
tis deſideret diſſolui et eſſe cum criſto· Et in
terris ſolo corpore conſtituti cogitatione ⁊ aui
ditate ī eterna patria ↄuerſemur· Pater miā
rū ⁊ deus tocius conſolationis filio de filiquis
reuertenti benignus occurrat· dragmam denu
o repertam recipiat et in theſauros eternos p
ſanctos angelos traſmittat· Caſtiget vultu
terrifico exitus noſtri hora ſpiritus tenebraꝝ
ne latens in limine porte mortis leuiathan

ſerpens vetus inſidias īprouiſas calcaneo nrō
paret Cū vero ad tremēdū tribunāl fuerim⁹ ad
uocati · vt cuncta que corpore geſſim⁹ atteſtā
te conſciencia referamus · conſideret humaītas
iuncta deo effuſi ſui ſancti ſanguinis precium ·
et aduertat diuinitas humanata carnalis na
ture figmentum vt ibi tranſeat fragilitas im
punita vbi clemens pietas cernitur infinita et
ibi reſpiret ſpiritus miſeri · vbi extat iudicis
proprium miſereri Amplius refugium ſpei noſ
tre poſt deum virginem et reginam theotocā
benedictam · noſtri ſemper ſtudentes ſalutati
onibus ſatagant frequentare deuotis vt qui
noſtra facinora triplicata meruimus iudicem
inuenire turbatum · per ipſius ſuffragia ſem
per grata mereamur eundem reperire placatū.
Deprimat pia man⁹ brachiū eque libre qua
noſtra tam perua ꝗ̄ pauca merita penſabunt̄.
ne quod abſit preponderet grauitas crimīnū.
et dampnandos deiciat in abiſſum · Clariſ
ſimum autem meritis cuthbertum cuius gre
gem paſcendum indigni ſuſcepimus · omni
cultu ſtudeant venerari · deuote rogantes aſſi
due · vt ſuum quidem licet indignum vicari
um · precibus excuſare dignetur feliciter · et
quem ſucceſſorem admiſit in terris · procuret

effici conſeſſorem in celis. Puris deniqꝫ tā mē
tis ꝙ̄ corporis precibus rogent deum vt ſpiri
tum ad ymaginem trinitatis creatū. poſt pre
ſentis miſerie īcolatum ad ſuū reducat primor
diale prothotipū. ac eiuſdem concedat ꝑpetu
um fruibilis faciei ꝯſpectum. Per dominum
noſtrū iheſū criſtū . A . m . e . n .

F I N I S

Explicit. philobiblon. ſci. liber
de amore librorū Colonie īpreſ
ſus anno dnī M cccc. lxxiij. &c.

Hoc editio Bauero incognita, antiquior et rarior est. vide Bauer [illegible] pag [illegible] ubi [illegible] editio [illegible]

Universitäts-Bibliothek München

Philo-
biblon

Cim. 78